

MERCURIUS.
A Mercurius fertur brevibus levis aethere gyris.
 Inconflans, varius, nec statione manet.
 Hic aciem ingenii, variis largitur & artes:
 Dulcis & orator voce, Poeta lyra est.
 Mercator bonus est, animi vim mobilis equè
 Applicat ille bonis, applicat ille malis.
LUNA.
 Luna per humentes tenebras, & candida bigis
 Luce micat fratris: corpora magna creat.
 Herboſi habitat ripis, freta cærulea Ponti
 Navigat: extremo quaerit in Orbe domum.
 Dat libalmi facias, in Regna ablegat & Orbes,
 Inſtabilis vitæ mutat & illa genus.
 Hæc Diſticha ſingularum Planetarum domos, exaltationes
 & cauſas demonſtrant.
 Saturni domus eſt noſtris Capet, vena diei,
 Huic dolor eſt, Aries, gloria Libra, ſeni.
 Joviter Aſcitenſis habet cum Piſce Sagittam,
 Cui tamen in Cancro ſors bona, iniqua Capro.
B Sed Martis domus eſt Aries, & Scorpio pugnax,
 Huncque Capet tollit, Cancer ad ima premit.
 Sol habet hoſpitiū ſibi ſolus in æde Leonis,
 Atque illi eſt Aries gloria, Libra dolor.
 At Venus in Tauro, Libæque per atria verſat,
 Piſcibus exultat, Virgine preſſa jacet.
 Mercuriusque habitat Geminorum in ſede, triumphat
 Virgine, & eſt meſſis Piſco ademptæ caput.
 Luna domum Cancræ tenet: illam Taurus honorat,
 Et ſupra banc verſans Scorpio ſorte premit.
 Iſta verò Hexametra Menſes anni, & Signa, in quibus Sol ver-
 ſatur, Solſtitia item, & æquinoctia complectuntur.
 Martius, atque Aries producant tempora Veris.
 Aprilis ſecum torvi fert cornua Tauri.
 Floribus adducit Geminorum ſidera Majus.
 Solſtitium æſtivarum Cancræ ferr. Junius æſt.
 Quinſilem meſſem Leo ſervidus igne perurit.
 Auguſto meſſes tecum trabis aurea Virgo.
 Æquat September noctes examine Libræ.
 Scorpius Octobrem pugnax, jubet ire minacem.
C Exerit Aſcitenſis medio ſua ſigna Novembri.
 Solſtitiumque aſſers hyemem Capricorne Decembri.
 In medio Jani madidi ſtat ſidas Aquari.
 Procedunt duplices in Februa tempora Piſces.
 De Planetarum conjunctione, ejuſque effectis, conſule
 Locum de Aſtologia. Tit. Prædiſtiones Aſtologica.

* Plebs.

DEFINITIO, ET VOCIS USURPATIO.

VARIA.

Nomen Plebis complectitur aliquando quoslibet ſi-
 ne diſtinctione, aliàs verò homines infimæ ſortis,
 inquit Gell. lib. 10. cap. 20. qui etiam dicuntur Plebei.
 Interdum illos, qui privatam vitam ſine magiſtratu du-
 cunt. Nonnunquam illos, qui divino cultui non mancipi-
 antur, quos hæcos ἀπὸ τοῦ λαοῦ, id eſt, à populo vo-
 camus. Sic Latini Laicos dicimus velut ſacerum extor-
 res, ſive in ordines divinos non redactos.
 Conſtat in Scriptura, ſæpè plebem in prima illa ſignifica-
 tione reperiri, v. g. cum Joannis Præcurſoris pater decantat
 Deum Iſrael ſeciſſe redemptionem plebis ſuæ. Lucæ 1.
 prædicantem filium paraturum vias Altiffimi, ad dandam
 ſcientiam ſalutis plebi ejus; cum ſenex Simcon ſalutare Dei
 eſſe gloriam plebis Iſrael Lucæ 2. cum omnes ſuſcitato adole-
 ſcente magnificabant Deum, dicentes, quia Propheta
 magnus furaxit in nobis, & quia Deus viſitavit plebem
 ſuam.
 In hiſtoria Regum diſtinctio innuitur apertè, quando nar-
 rantur à Domino percuſſi de populo Bethſamitarum, qui vi-
 derant arcem, ſeptuaginta viri, & quinquaginta millia plebis.
 1. Regum 6. Ibi enim pro populo Hebræicè habetur עַם בְּחָמָה
 & pro plebe עַם יִשְׂרָאֵל. Græcè autem pro populo legimus ἀ-
 νθρωποι, & pro plebe ἀπὸ τοῦ λαοῦ. Chaldaicè verò primi illi vo-
 cantur עַם בְּחָמָה beſabbe hamma, id eſt, de ſenibus populi, ſe-
 cundi verò dicuntur עַם בְּקָרָא bebbala, id eſt, de univerſitate.

Hanc diſtinctionem ſervavit Iſidorus lib. 9. Etymolog. cap. 4.
 populus iniquus, univerſi cives ſunt, connumeratis ſenioribus:
 quaſi dicatur plebs à pluritate, quia major eſt numerus
 minorum, quàm ſeniorum. Populus quoque diſtinctio non
 id eſt, Civium cætus.
 Apud Romanos, auctore Romulo, duos in ordines
 populus erat diviſus, teſte Diovyſio Halicarnaſſi. lib. 2. Ple-
 bejum, & Senatorium. Hujus progenies erant Patricii, ſeu
 Optimates, qui dicebantur ab Athenienſibus (apud quos
 auctore Plutarcho in Theſ. ſimilis erat diſtinctio) ἱπποκρίτες;
 & poterant exercere militaria officia, Magiſtratus gerere,
 ſacra facere, jus dicere, adminiſtrare publica, urbana-
 que negotia.
 Plebeis, quos Græci δῆμοι nomabant, licebat
 milites eſſe, agros curare, pecus depaſcere, & reliquas artes
 faciſtare. Lege Alex. ab Alexandro lib. 5. cap. 8.

PLEBISCITUM. Vide Lex. Magiſtratus.

* Pluvia.

DEFINITIO, ET CAUSA.

Pluvia eſt nubes in aquam reſoluta: Cujus proxima mate-
 ria ſunt nubes ſecundæ, & irriguo humore plene. Quan-
 vis ad pluviam gignendam multum faciant caeleſtium corpo-
 rum influxus, & ſiderum conjunctio, quod experientia docet.
 Etiam venti multum faciunt ad nubium diſſipationem, ſic ut
 motu ſuo aquam excutiant.

PARTITIO.

Duplicem faciunt Naturales ſpeciem Pluviæ, Imbrem, &
 Nimbium. Imber dicitur, cum gutta crebriores & minutiores
 ob vaporis tenuitatem jugi tenore deſcunt.
 Nimbium, cum gutta paulo grandiores cadunt, quod propter
 antiperiſtaſim caloris, & frigoris accidit, maximè æſtate.

PLUVIÆ EXTRAORDINARIÆ, ET PRODIGIOSÆ.

Exiſtunt aliquando pluviz quædam præter uſitatum naturæ
 ordinem, quarum nonnullæ prodigii loco habentur: decidunt
 quippe permixtæ aquis ranæ, piſciſculi, fanſuis, lac, lapi-
 des, ferrum. Quæ quidem aliquando ad mortaliū terrorem,
 aliumve ejuſmodi finem, Deo ita ſecundas cauſas diſponen-
 te, immittuntur: aliquando citrà ullam rationem portentii
 accidunt.
 Eorum verò cauſa eſt, varia commiſſio exhalationum cum
 vapore humido, congruenti qualitatum vi.
 Itaque quod ad animalia ſpectat, ſicuti in paludibus, lo-
 cisque cœnoſis, vel alicubi ex putrefcentè materia, colubri,
 pulices, vermes, rubetæ, mures, & quamplurima terræ mon-
 ſtra gerunt, paſſim oriuntur: ſic nihil mirum ſi pluvio celo,
 concurrentibus vel in acre ipſo, vel in terra conmiſtibus cau-
 ſis, ſubito quorundam animalium ortus contingat.
 Quod verò attinet ad lac, & ſanguinem, dicendum, quan-
 do iſ pluit, non habere illa veram formam lactis, & ſanguinis,
 ſed adumbratam dumtaxat, & apparentem: quia experi-
 entia compertum eſt, hæc non niſi à principio vitæ conjun-
 cto ori.

Quibuſdam placet vehementem Solis ardorem è locis
 crucentis, ſeu aliquo rubenti ſucco madidis, humorem ſan-
 guineum, rubicundumque attrahere, qui unà cum pluvia de-
 cidat, & camque intingat, atque ita pluviam ſanguineam ap-
 pareat. Quod ſimiliter dicunt de lacte.
 Item videti nonnunquam piſcibus pluere, quia cœnephas,
 aut vorticofus aliquis ſtatus, correptos è mari piſciſculos alium
 in locum proicit. Idemque ſimiliter in lapidum, & cætera-
 rum rerum imbrebus interdum uſu venire. Lege Albertum
 Magni libro 2. tract. 1. cap. 12. & de pluviz piſcium. Athen.
 lib. 8. cap. 2.

SIGNA CUM NATURALIA, TUM PROGNOSTICA.

Signa pluviz varia obſervant Philoſophi naturalis, quorum
 tamen cauſa in arcanis naturæ latent, & experientia potius
 quàm

quam ratione innotescunt, quamvis alia ſunt, quorum ratio
 facile redditur. Ita certum pluviz finem eſt rubedo cæli
 matutina circa ſolem, que oritur ex vaporibus à nocturna hu-
 miditate reſiſtis. Sicuti è contra rubedo ad vespèram ſerenita-
 tem notat. Unde verſus.
 Noſte rubens cælum tempus notat eſſe ſerenum.
 Manè rubens cælum tempus ſignat pluvioſum.
 Sic nubes craſſior ambiens orientem, aut occidentem, Solè,
 nubiu aſcentus, Solis aut Luna pallor, ortus ſolis nimis matu-
 tinus, ſtella rariore de nocte apparentes ob vaporū abundan-
 tiam ventorum mutationes crebræ. Auſtrales venti, toris defe-
 ctus tempore, quo decidere ſolet, agitatio frondium, pulveris
 elevatio, fluviatorum imminutio, lapidū & parietum humectatio,
 certam pluviz imminentiſ ſignificationem habere volunt.
 Quibus addunt eandem indicari per manuum ariditatem
 & laborum fiſſionem, aut aſperitatem: Lampadis accenſa ob-
 ſcuram ſcintillationem: Cantum ranarum, obtuſitatem aviū,
 volitationem hirundinum cornu lacus, aut fluvijs, corvo-
 rum crocitantionem, vacas caput in altum levantes, & auras
 cupantes. Denique ſi culices fortius pungant, formicæ ova
 ſua egerant, &c. Vide plura apud eos, qui de Meteoris ſcrip-
 ſerunt, & Virgil. lib. 1. Georgic.

* Poculum.

* DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Poculum latinis pro quovis instrumento bibendi uſurpa-
 tur, nempe à potu, ſive potando. Potoria à Plinio & alijs
 nominantur, & ſunt velut inſtrumenta & tormenta bellica,
 quibus cyclopi illi potatoreſ ſe invicem torquent, petunt,
 & proſternunt. Unde Ambr. lib. de Elia, & jejunio cap. 13.
 Cernas poculorum diverſorum ordines, aciem ordinatam
 puteſ vaſa expoſita aurea, & argentea pompam arbitreris,
 cornu in medio vini plenum, non epularis, ſed præliaris in-
 ſtrumentum buccina.
 Græci quoque generatim vaſa, è quibus bibitur ποτήριον ap-
 pellant: Cujus vocis primus inventor dicitur Amorgius Poe-
 ta ἀπὸ τοῦ ποτίζω à potatione. Unde ποτήριον γλυκύνος poculo-
 rum ſculptor etiam ποτήριον Heſychio poculum eſt: quamvis
 apud Græcos fit alia vocabula, ut κιάδος, κιάλη, σκίφος, &c.
 Licet particularem poculi ſpeciem ſignificent, tamen generatim
 uſurpantur pro quocunque.
 Hebræis commune eſt nomen כַּוֵּץ Cos, in plurali Coſoth.
 Genef. c. 40. Hieremia 35. Ab hoc Græcorum κόσος, quod menſu-
 rare genus & videtur dimanare.

GENERA, ET MATERIA VARIA.

Primùm Naturalia, Puta MANUS.
 Pocula homini propria, & naturalia ſunt Manus, quas Deus
 homini ſoli ceu animalia factiori, & erecto, mentiſque partici-
 pi, ad muneriſ prudentiæque ſuæ exequenda officia attribuit,
 ut Ariſtoteles, & Galenus teſtantur: iſque uſum Paulum 1.
 Eremitam, & Hieronymum in vita ſcribit.
 Diogenes itaque citim vidiffet puerum aquas manibus hau-
 rientem, abiecit poculum, quod habebat ex ligno, dicens:
 Neſciebam, quod natura haberet poculum.
 De hoc poculo naturali elegantè dictum eſt illud à Cal-
 phurnio in Bucolicis.
 Concaſerat ille manus, palmaſque in pocula vertit.
 Hoc poculo ſape milites, & ipſi quoque Duces in bello,
 D aliorum poculorum inopia, uti coguntur.
 Deus quoque Judic. 7. hoc poculo explorare voluit Gedeonis
 milites, qui adverſus Madianitas erant pugnaturi. Illos enim à
 Gedeone ad pugnam illam voluit deligi, qui manu ad os redu-
 cta aquas bibant, canumque inſtar lambebant, contra illos rei-
 citi, qui flexis poplitibus, ſefe ad aquam bibendum adjecerant.
 Nero quoque Imperator crudeliſſimus, atque luxurioſiſſi-
 mus, (id quod ſape hujuſmodi hominibus accidere ſolet) in
 miſera illa fuga, cum ad necem quæreret, extrema ſiti affli-
 ctus, aquam cœnoſam (pro delicta illa ſua decocta) haurire
 fuit coactus, teſte Suetonio in ejus vita.
 Idem Dario, & aliis ſape potentiſſimis, ac ſuperbiſſimis
 Principibus accidit.
 Manibus potatoreſ multifariam in immaniſſimis illis ſuis
 propinationibus abutuntur, ut experientia quotidiana teſta-
 tur, quo fit, ut illa juſto Dei judicio plerumque tremore cor-
 riantur, Deo ſic maniſeſtè fediffimum manuum abuſum
 punientem, ac vindicantem.

CRANIA.

Capitibus, ſive Cranijs humanis Scythæ olim, aliique po-

puli barbari uſi ſunt, quibus etiam nunc hodie nonnulli utun-
 tur. Sigifmund. Baro in Comment. rerum Moſcovitarum. tradit, E
 quod Suvatoſlaum Principem Rhenorum anno mundi
 6480. Cures princeps Pieczenigorum ex inſidijs interfecit, &
 ex cranio ejus poculum confecit, auro circumdato, cum hæc
 inſcriptione: Quærendo aliena propria amiſſo.

CORNUA.

Etiam partes animalium ad poculorum uſum deſtinantur.
 Ac cornuum quidem ad cam rem antiquiſſimum uſum fuiſſe
 legimus. Athenæus lib. 11. tradit, antiquos ex cornibus bovillis
 bibere fuiſſe ſolitos, & idcirco Dionyſium νεπωποῦν cornu-
 tum ſingi, & Taurum à pluribus nuncupari, ταυροπόππος, id
 eſt, taurina facie conſpici in Cyzico.
 Ejuſdem moris ex cornibus bibendi, id quoque eſt indicio,
 quod & vinum aqua miſcete νεπωποῦν dicitur, & vas ipſum in
 quo hujuſmodi mixtio fiebat, νεπωποῦν appellatur ἀπὸ τοῦ κέρατος
 quaſi νεπωποῦν, ἀπὸ τοῦ κέρατος ἐκ γένεſος τοῦ κέρατος, id eſt, quod potus
 in cornu inſundatur: de quo. Vide Mercuriale de re gymn-
 ſtica lib. 1. cap. 9.
 Hinc Ambrōſius l. de Elia & jejunio cap. 13. Cornu, inquit, F
 in medio vini plenum.
 Addit Athenæus ibidem, Noſtris quoque temporibus cornu-
 num apparatus cernitur, quæ πύρα Rhyta nonnulli appella-
 nt. Poeta præterea multa antiquos inducunt ex cornibus
 bibentes. Proſert etiam exemplum Centaurorum, Thracum,
 Paphlagonum, Perhaborum, Philippi Regis Macedonum,
 Regum Pæoniæ, qui ex cornibus (quorum libra nonnun-
 quam vel auro, vel argento operiebant) bibere conſueverunt.
 Athenienſes autem argentea cornua facientes, ex iis bibe-
 bant.
 Ælianus auctor eſt Ptolemæo Secundo ex India cornu bu-
 bulum allatum, quod tres amphoras caperet.
 Et Xenophon lib. 6. ἀνδρας, Cyri. Græcos teſtatur in Paphla-
 goniam in ſacrificio, atque epulo celebri è cornis poculis in re-
 gione illa uſitatis bibiſſe: & lib. 7. in epulo Scythæ regis Thra-
 cum docet, Xenophontem primum ſurgentem accepto cornu
 verbis ſpondiſſe, ſe, ſuoſque Regi fore ſidos amicos, inde
 Scytham unà cum illo cornu illud ebibiſſe.
 Ejuſdem rei meminit Athen lib. 4. Quidam autem cornua
 aurea uſurpabant, alii oſculantur poculi aureum, vel argenteum G
 faciebant.
 Pæonios ajunt boves educatè, qui cornua geſtent tantæ
 magnitudinis, ut capere poſſint tres, aut quatuor choas, & id-
 circo ex iis facere pocula, quorum labia auro, argenteove
 circumducebant, teſte Athenæo.
 Piloſtratus in vita Apollonii Thyanaei reſert, regum po-
 cula olim fuiſſe cornua. Eſſe autem in vicinis locis Phædros
 fluviū afinos, qui unum in fronte cornu haberent, quo cum
 elephantis fortiter pugnant, ex illorum cornibus Indi po-
 cula conficiebant, aſeruntque, qui ex tali poculo biberit, co-
 die nullo morbo, nec vulneris dolore, aut ignis flamma of-
 fendi, nec veneno intaxari poſſe.
 Hoc verò animal non Rhinocærota, cui unum ex naribus
 cornu prominet, ſed Monocærota Plinius appellat.
 Nicandri quoque Scholiaſtes memoriæ mandavit, veteres
 cornibus potare fuiſſe ſolitos.
 SAMOGITHAS Urorum cornibus pro poculis, uti teſtis
 eſt Sigifmundus Baro in Comment. rer. Moſcovitarum.
 De hoc quoque cornuum uſu antiquo ſcripſit Mercurialis H
 in lib. 1. Gymnaſticæ. ejuſdemque meminit lib. 1. variar. lect.
 ubi veriſimile ſibi aſi videti veteres cornibus uſos fuiſſe, tum
 ob rudem eorum mores, tum fortatè quod potando, inde
 potandi majorem ſecuritatem accedere.
 Unde Indorum Reges ex afini Indici cornu bibere volue-
 runt, ſperantes ſe à morbo epileptico, & venenis inde tutos
 evaſuros, teſte Æliano.
 Cælius quoque l. 28. cap. 27. & lib. 3. cap. 1. ejuſdem rei
 meminit. Hodie quoque, licet rarior, hujuſmodi poculorum
 uſus perſiſtat, id eſt ex cornibus, eſt uſus.

OVA.

Ova quoque Struthionum propter amplitudinem pro-
 quibuſdam habebantur olim vaſis, teſte Plinio l. 10. cap. 1. ex tranſ-
 verſo ſecta ſunt vaſa potoria. Caput enim infantis magnitu-
 dine referunt rotunda, cum ſenſeſcunt, ebur eſſingunt. Suſpen-
 di ſoleant in templis, quod duriffima ſint, humoreque exempto
 quaſi oſta redduntur.

Ex hujusmodi Strathionum ovis confecta pocula argentea, A & inaurata, elegantis sane formae habuit Dn. Joan. Conradus Meyerus, incluxit Reipubl. Scaephufiana Jureconfultus, atque Confult: quae convivis suis pro hospitalitate sua propinare confuevit.

ARTIFICIALIA. Puta,

EX LIGNO CONFECTA.

Ex variis plantis, arboribus, truncis, pocula conficiuntur lignea.

Ex fago olim, sicut & hodie, pocula fuerunt confecta. Ovidius:

— fabricataque fago Pocula.

Item 5. Passorum.

Terra rubens crater, pocula fagos erant.

Et Virgilius Pastor ait:

Insanne libet, quoniam tibi pocula ponam

Fagina, caelatum divini opus Alcimedontis.

Tibullus:

Faginus astatat cum sepybus ante dapes.

Gutti etiam ex ea materia conficiebantur, quo genere vasa forum antiqui ad sacrificia fuerunt usi. Unde M. Curtius ille juravit e praeda senihil aliud attingisse, praeter faginum guttum, quo liaret.

Ex buxo olim, ut etiam hodie, cum alia vasa, tum pocula quoque conficiebantur; nam cum torno materies probeitur, cui non omnis apta est, verum ea tantum, quae praelata, & aequae solida, & minime crispata est, cujusmodi est buxi, nulla alia torno utilior, praestantiorve. Quare Virgilius.

— aut torno rasile buxum.

Ex terribimio apud antiquos Thericles calices torno facere solitus est, qui ex nomine auctoris Thericlei fuerunt appellati, teste Poluice, Thericlei amicus, prorebit in bibosum quemadmodum Antigonides, Seleucides, quibus Antigonus, & Seleucus nomina dederunt, ut auctor est Plutarchus in Emilio. Plinius lib. 16. cap. 31. Lagenas tradit, id quod est memorabile, e radicem filis, tum fici, tum etiam filvestrium fieri fuisse solitas.

Hederacea porro pocula apud veteres magno fuerunt in usu, atque pretio, cuius duplex ratio videtur posse adferri. Una quod ebrietati frigore suo obstitunt, ac discutientiis capitis doloribus ex temulentia contrahis, sunt accomodata: solis etiam, aut ramulculis foris capiti admotis, & ob id corollae quoque conviviales, ex hederace potissimum confici fuerunt solitas, ad temulentiam arcedendam. Deinde quod caponum fructus, qui vinum aqua trahunt, eo poculo deprehenduntur.

Nam teste Catone lib. de re rustica c. 10. mira haec est hederace vis, atque natura, ut si vinum lymphatum in vas hederaceum effundatur, illud continuo per potos refudet, atque affluat, ac interne per lignum diffundatur, aqua vero ob grossiorem substantiam remaneat. Tanta enim est inter haec antipathia, hoc est discordia, ut alterum alteri admisceri non suffineat, sed vasculum hederaceum vinum respuat. Vocabant olim Graeci ea pocula κροτῆρας, à κροτῶν hederace.

Verum ex aliis quoque lignis cum olim, tum hodie pocula confici solent. Cumque praeclearae medendi vires plerisque lignis insint, ut thamarisco, fraxino, quorum haec venenis, & calculo, illud vero spleni obfructo praeclearae medetur, lignis ex illis compacti calices non videntur improbandi.

Ex ligno quoque Guajaco pocula torno excavata utilia valde, atque salubria videntur esse.

Babyloni ex arundinibus varia genera vasorum contextuerunt, quae etiam liquida continent.

Pocula ex euprefso, ex junipeto, ex nucibus mofcatis, ob odoris fragrantiam hodie frequentur sunt in usu.

In Martinalibus apud Germanos, quibus nova vina degustantur, ligneorum poculorum frequentissimus est usus.

EX TERRA. POCULA FIGULINA.

Ut autem ligneorum, sic & figulinorum quoque, sive fictilium simulachrorum, vasorum, atque poculorum (quae κροτῆρας, & κροτῆρας Graecis dicuntur) olim apud Graecos, atque Romanos, tam in sacris quam in convivis celeberrimus fuit usus ad Macedonum usque tempora, quae ferè ex terra Samia fingebantur, de quibus vide Mercuriales, de praeservat. à venenis.

Horum crebra apud auctores Latinos fit mentio. Plautus in Siclio.

Quibus divitiae domi sunt & scapbio, cantharis Batiolis bibunt, nos nostro Samiolo paterio.

Cicero. Fragment. lib. 6. de Repub. Oratio extat, Laeli, quam omnes habemus in manibus, quam Diis immortalibus gratia sint sympina, seu Sympina Pontificum, Samiaque, ut is scribit, capedines, Et pro L. Murena. Et exposuit vasa Samia, quae vero est Diogenes Lycicus mortuus. Vide Istorum lib. 20. cap. 4.

Lacedaemonios figulinos usos, in epulis nuptialibus virginum, & sacrificiis traditur, cum in aliis conviviiis aliis vasis potarent.

Quin & Argivi in quibusdam cenis figulina usurpabant. Fama est (inquit Ausonius) fictilibus cenasse Agathoclem Regem: qui ex plaste Syracanorum rex designatus, noluit pocula, quae ipse olim ex luto finxerat, aspernari, cum tamen amicis, & in suis conviviiis aurca proberi curaret.

Romanos quoque antiquos cum in sacris, tum in epulis figulinos usos fuisse, passim ex historicis constat. Non alius vas Numa Pompilius Diis libat, quam, ut refert Cicero in Paradox. 2. & lib. de natura Deor. fictilibus urulis capedunculis, ac sypullis, quae erant vasa fictilia, quibus in sacrificiis sacerdotes Diis praebebant. Hinc Tibullus libro 1. eleg. 1.

Adstis à Divi: nec vos e paupere mensa

Dona, nec e puris sponiis fictilibus.

Fictilia antiquis primùm sibi fecit agræstis

Pocula, de facili composuisse luto.

Refert Plin. lib. 33. cap. 12. Catum Elicium (quem alii Catum Aelium vocant) cum Etruriam legati eius fictilibus praelata vasa argentea obtulissent, ea non acceptasse. Et tantus Consul, & victor usque ad supremum vitæ diem, nec pluram duo habuit argenti pocula, quae L. Paulus sacer ei ob virtutem, devicto Persico rege, donaverat.

Dolia veterum, ut annotat Turnebus in suis Adversariis, erant fictilia: ut pro verberum, figulinam à dolio incipere. Hyrcum dolium dicit Cumanum. Nam & Cumanam patellam memorat Martialis in Lemnatis.

Hanc tibi Cumanam rubicundam pulvere testam Municipem misit casta Sibylla suam.

Et tamen Romæ aliquando eò pervenit luxuria, ut fictilia pluris venirent, quam murrhina, unde & collegium figulorum illis fuit constitutum. Vide plura apud Plinium lib. 33. cap. 12. & Athenæum lib. 11. cap. 2. Quidam fictilia vitanda esse dicit, propterea quod, teste Ctesia, apud Persas fictilibus illis utebantur, quos rex honore privaverat. Idem tamen addit jue undissima se saepius pocula fictilia cognovisse, ut erant illa, quae ex Copto aegyptiaca affortabantur, quae ex terra multis irrigata aromatibus coquebantur. De quibus etiam scribit Leonie. lib. 3. cap. 93.

METALLICA.

VITREA, CRYSTALLINA, &c.

Hujusmodi pocula uno quasi fasciculo comprehensa ponuntur ab Apul. lib. 2. in descriptione magnifici epuli: Ampli calices varie quidem gratiae, sed pretiosissimi unius. Hic vitrum asabre figillarum, ibi crystallum impictum, argentum H alibi clarum, & aurum fulgurans, & succinum mirè cavatum, & lapides, ut bibas, &c.

Exordium igitur ducemus à vitreis. De vitri origine, & conficiendi ratione, & de obsidiano vitro, & multis aliis vitri generibus. Vide Plin. lib. 36. cap. 26.

De illius vero usu ad pocula is sic differit: sed quid refert, Neronis principatu reperta vitri arte, quos medicos calices duos appellabant perotos h-s sex millibus venderet: Et paulo post: Usus vero vitri scilicet ad potandum, argenti metalla, & auri recitit Juvenal. Sat. 5. v. 7.

Beneventani futoris nomen habentum

Siccabis calicem nasorum quatuor.

Id est, Calicem vitreum, & deforme, cujusmodi calices habuit Vatinius quidam Beneventanus futori, vitrearius, cujus meminit Cornel. Tacit. in N. prorie. Nasorum, ait, 4. id est quatuor rostrorum. Nam ita protensis quatuor rostris intar nasorum fingebantur. Unde est illud Distich. Mart.

Vilia

ÆREA. GEMMEA.

Vilia futoris calices monumenta Vatini

Accipe, sed nasus longior ille fuit.

Vitreorum diversitate, atque operositate vehementer delectatum esse Verum Imperatorem, refert, F. Popisius testatur. Ex quo constat, vitrea pocula olim apud Romanos usitata valde, magnoque in pretio fuisse.

Nostra quidem ætate, nulla alia materia elegantiora prælat potoria, tum magnatibus, tum pauperibus.

Hodie potatores nullo ferè poculorum genere magis gaudent, ac delectantur, quam vitreis, id quod vel eorum cantinucula, quibus se mutuo ad potandum incitant, satis testantur, in quibus vitri plerumque fit mentio. Id forsitan fit, quia vini color, quo maxime capiuntur, in vitro maxime resplendet. Unde Salomon Prov. 23. Noli inquit, contemplari vinum cum rubet, & cum phiala (quidam vitrum vertunt) colorem suum reddit recta procedentem.

Est autem vitrum ebriosum hominum moribus, atque ingenio accomodatam. Nam primo quemadmodum vinum, resque aliae per vitrum resplendent, sic etiam ex vino intemperanter hausto, ebriosorum mores, ingenia, atque affectus clucent, atque apparent. Deinde quemadmodum vitrum licet valde splendat, tamen est fragile (unde illud, vitrea est fortuna, dum splendet, frangitur) sic quoque ebriosorum hominum vita, omniaque animi, corporis, fortunarumque bona quantumvis splendida, valde fragilia sunt, atque caduca.

Denique quemadmodum vitrum virus in se continere creditur, & fractum valde est virulentum, sic quoque vinum immoderate sumptum virus est, atque venenum nocentissimum.

GALIENUS Imperator aspernatus fertur calices vitreos, dicens, Nihil vitro communis.

Redè tamen vasa ex vitro confata Langius in epist. medicæ, eo nomine metallicis salubriora esse dicit, quod nulla sulphuris, aut argenti, plumbi, ac ceruise violentia participant, & suo congenito frigore saporem vini, quavis nive, & glacie melius conservent.

Vitreis similia sunt crystallina, sculpta ex crystalli glacie hyberno frigore sub nivibus intra rupes concreta, quæ olim magno fuerunt in pretio, atque deliciis, teste Plin. lib. 33. cap. 1.

Abjecta sunt deinde hæc, & fordere coepere, & auri, argenteique nimium fuit.

Murrhina, & crystallina vasa de eadem terra effodimus, quibus pretium faceret ipsa frugalitas. Hoc argumentum opum, hæc vasa luxurie gloria existimata est, habere quod posset statim totum perire.

VERUS Imperator, teste Julio Capitolino, inter alium luxuriæ apparatus (fuit enim luxuriosissima vitæ) habuit calicem crystallinum nomine volucrum, ex ejus equi nomine quem dilexit, humanae potiosis modum supergressum.

Porro vasa murrhina olim apud Romanos, non secus atque crystallina, frequentur fuerunt in usu, magnisque in deliciis habita.

Plinius lib. 37. cap. 2. Pompeii testatur victoriam (Mithridaticam) primum in urbem murrhina invexit, primumque Pompejum sex pocula ex eo triumpho Capitolino Jovi dicasse, quæ protinus ad hominum usum transferret: abacis etiam efcariisque vasis inde expetitis. Excrevitque in dies ejus rei luxus, murrhino 80. sestertis empto, capaci planè ad sextarios tres calice.

Meminit horum Martialis in Apophoretis.

Si calidum potas, ardeti murrhina Falerno

Convenit, & melior fit sapor inde nemo.

LAUDATUR Augustus Cæsar, quod Alexandria capta, nihil sibi præter unum murrhinum calicem ex instrumentario regio retinuerit, & mox vasa aurea affiduissimi usus conflaverit omnia. Seneca in ejus vita.

Scribit Jabobinus Jurisconsultus, murrhina vasa, quæ ad usum edendi, & bibendi causa parata sunt, esse in suppellectili. Cassius Jurisconsul. murrhina vasa (sunt Græcorum κροτῆρας) hodie corruptè vocantur Porcellana) in gemmis non esse scribit, in quo dissentiat Plinio, qui murrham inter gemmas numerat.

Poculorum murrhinorum Lucanus meminit his verbis, Non auro, murrhaque bibunt.

Murrhinorum simul, & crystallinorum meminit Juvenalis Sat. 6.

Grandia ponuntur crystallina, maxima rursus Murrhina, deinde adamans notissimas, & Berenices

In digito fastus pretiosior.

Æreorum quoque poculorum antiquissimum fuisse usum, ex Veterum monumentis constat. Æreis enim poculis Diis libabant, & bibebant, eorumque repositoria κροτῆρας appellabant.

Herodotus, Ægyptiorum sacerdotes ex æreis tantum poculis bibisse auctor est, libro 2.

Ac omnino Ethnici in suis sacris æreis ferè instrumentis usi fuerunt, id quod Judæorum imitatione, seu κροτῆρας potius videntur fecisse, quorum similiter instrumenta sacra ærea fuerunt, ut litteris sacris proditum est.

In agro Tigrino paucis abhinc annis urna fictilis effossa est, in qua craticula fuit ærea opere vermiculato.

Apud Romanos vasa Corinthiaca κροτῆρας dicta, quanto fuerint in pretio, passim auctores testantur. Illa aurum tum primum ex arte fieri ceperunt, cum Corintho à L. Mummiodevastata incendio, simulachra ex omnifariis æris, argenti, & auri metallis confata, in unam massam confluerunt, teste Plin. lib. 34. cap. 2.

Porro ex lapidibus pretiosis, atque gemmis (quæ gemmata potoria Plinius vocat) calices olim confatos fuisse ex auctoribus constat.

Plinius lib. 33. cap. 1. de suorum temporum luxuria verba faciens. Nec hoc fuit satis, inquit (scilicet ex crystallinis, & murrhinis vasis potare) turbas gemmarum potamus, & smaragdus teximus calices, ac temulentia causa tenet Indiam juvat, & aurum jam accessio est.

Hoc ipsum Virgilius quoque severè admodum, & verè reprehendit, carmine suo Georgico, cum ait:

Hic petit excidias urbem, miserosque penates,

Ut gemmas bibat, & Serrano dormiat ostro.

Cæsar in epist. ad Donat. suspirat illo in convivio bibat licet in gemma.

Martialis.

Gemmarum Scythicis ut luceat ignibus aurum

Aspice, quot digitos exiit iste calix.

AVREA. ARGENTEA.

Postremo dicendum de poculis aureis, atque argenteis, כסף מדין Sippoth caseph. (crates argentei vocantur, 2. Reg. 12.) de quibus multa habet Athen. lib. 6. & 4. quia apud Græcos rarum antiquitus auri, & argenti usum fuisse pluribus doct.

Unde Davis Samius refert Philippum Regem Macedonum Alexandri patrem, unam tantum ex auro phialam habuisse, quam noctu sub pulvinari celare solitus fuit. Res videbatur admiranda, si quis poculum argenteum in Græcia conspexisset, cum ditissimi quique ex æreis poculis biberent.

Apud Romanos similiter auri, & argenti usum antiquitus rarum fuisse, pluribus docet Plinius lib. 33. cap. 4. Tam rarus olim auri, atque argenteæ suppellectilis Romæ usus fuit, ut Fabricius Imper. Rom. plusquam unam ex argento pateram, & salinum habere veterit.

At postea & apud Græcos, & apud Romanos, postquam illi Asia fuerunt potius, tantus auri, & argenti usus molevit, ut nihil in convivis magnificentius haberetur, quam pleno fe auro proluere, & Poppea Neronis uxor soleas jumentis suis aureas induceret, templâ, tricliniâ, ac mulierum cellæ, & hostiarum cornua auro fulgerent.

Verus Imperator, teste Popisio, argenteum mensale, quod H privatus habuerat, ministeriis conviviorum, quæ in templis fierent, dedicavit.

Apud Hebræos Salomonis Regis temporibus auri, atque argenti omnia fuerunt plena. Nam & templum auro fulgebant, omniaque vasa sacra ex auro, atque lapillis pretiosis erant confata, & regia Salomonis, atque supellex tota aurea erat, nec non gemmis, atque lapidibus pretiosis distincta, 1. Reg. 11.

In convivio Assueri regis Persarum, atque Medorum, quod dedit populo Susis (civitas ob loci amantematem sic dicta, nam Susum Hebræa voce est lilium, in quo Reges Persarum hyemare solebant, ut in Ecclatans astatem debebat Athen. lib. 12. cap. 3.) potabant omnes ex valis auris, quæ assidue mutabantur, vinum regium & quidem copiosum juxta manum, id est, Imperium, sive opes Regis. lib. Escher, cap. 1.

Sic Ptolemæus, teste Athenæo lib. 11. cap. 4. nec non Varone, Pompejo res gerente circa Judæam, mille convivas totidem

totidem vasis aureis (cum vasa mutarentur cum ferulis) fa-
ginavit, ut scribit etiam *Plinius lib. 30. cap. 10.*
De Scypho aureo in Claud. Imperat. Rom. convivio à T.
Junio viro pratorio furtum illud ultus fit, vide *Crinis*,
lib. 12. cap. 9. de honest. disciplina, & *Corn. Tacit.* Eiusdem
meminit & *Suetonius in vita eiusdem*, qui pro aureo scypho
fictilem postero die illi apposuit fuisse scribit. Meminit item
eiusdem *Plutarchus in Galba.*
Ceterum hodie aurorum, argenteorumque poculorum
tam communis est usus, ut nullus ferè tam sit vilis conditio-
nis, cujus non domus illis resplendet.
De hac poculorum pretiosorum luxuria, vide *Clement.*
Alex. lib. 2. Pædag. cap. 3. ubi aliquot poculorum sumptuo-
sorum genera enumerat; ut sunt Theriacales calices, antio-
nides, canthari, labronii, leptaæ, pfecheres, anochoæ, &c.
De his, aliique innumeris poculis vide *Athen. l. 11.* qui ferè
totus in poculorum descriptione consumitur.

POCULORUM FORMA, FIGURA.

Ut materia, sic & figura, ac forma Poculorum multiplex
est, & varia, non tam ad usum necessarium, atque honestum,
quam ad luxuriam, atque temulentiam comparata. Alia enim
ventrosa & patula, alia angustata & strictiora.
Plinius lib. 33. in præmio. Heu, inquit, prodigiosa ingenia,
quot modis auxinus pretia rerum? Accessit ars picture, &
aurum, argentumque calando carius fecimus. Didicit
homo naturam provocare, augere & artem, vitiorum irri-
tamenta.
In poculis libidines celare juvat, ac per obsecrationes
bibere.
Idem lib. 14. cap. 22. Jam verò quæ vasa adulteris caelata,
tanquam per se parum doceat libidines temulentia, ita vina
ex libidine hauriuntur. Hujusmodi fuerunt phallovitrobuli
apud Julium Capitolinum, id est, vasa potiora ex vitro pro-
priè (licet & ex alia materia) oblonga, & instar priapi
Juvenalis Satyra 2.
— vitreo bibit ille priapo.

Hujusmodi pocula, prob dolor atque pudor! hodie quoque
inter Christianos visuntur.
C. Apud Græcos multa fuisse poculorum genera à re navali
eponomata, ut carthefia, cymbia, quæ fuerunt pocula pro-
ceta, & navibus similia testatur *Maerobius lib. 5. cap. 21. Sa-
turnal. & Eustath. liad. 7. p. 12. 81.*
Cantharus quoque Libero patri dicatum (ut Scyphus
Herculi) & poculi, & navigi genus fuisse, & Herculem se-
cundum antiquam historiam poculo tanquam navigio imen-
sæ maria transivisse tradit. *Idem ibidem.*
Hodie quoque apud Romanos multa navigiorum forma
pulcherrima pocula conficiuntur.
L. Crassus Orator confessus est duos Scyphos Mentoris ar-
tificis manu caelatos se tertius C. emptos habuisse nunquam ta-
men se uti propter verendum autem fuisse, testis est
Plinius lib. 33. cap. 11. Propert. lib. Eleg. 14.
Lesbia Mentorio vina bibas opere.

Varia olim in poculis figura, atque imagines excidebantur,
ut Deorum, hominum, animalium, stellarum, aliarumque
rerum. Hoc indicat celebre illud, & quidem elegans, atque ve-
nustum Anacreontis carmen, quo eroticæ, exprimitur, ejus-
modi poculum fieri sibi expetatur, ut in eo videlicet non arma-
tos duces, non cæli signa, Pleiades, vel Bootem requirat, sed
veneres, sed amores, sed racemos, & Bacchum, vide *Crinis. lib.*
9. cap. 1. Huc alludit *Juvenalis Satyra 1.*
Argentum vetus, & stantem extra pocula caprum.
hoc est, pocula argentea antiquis (ut ait Seneca) nominibus
artificum nobilia, quæ & archetypa dicebantur.
Notandum verò, cum aliâ figura, tum maximè caprum
in poculis excidit fuisse, quod animal sit Baccho infensum.
Unde *Martialis in 13.*

Stat caper in phiala Thebani vellere Phrixi,
Cultus ab hoc mallet vesta fuisse soror.

Sic hoc loco stantem extra caprum vocat, id est, extantem,
& calatura eminentem.
Sic *Ovidius in Metamorph.*
Sed alius extantem significis, multoque in pondere massæ
ingentem manibus tollit cratera duabus.
Pocula litteris, & carminibus præsertim Homericis insigni-

re solebant, ejusmodi poculorum genera, Grammatica fue-
runt à Græcis appellata. *Athen. lib. 11. cap. 4.*
Hujusmodi poculum argenteum literarum, in Capua
Campaniæ Palladii depositum viscebatur.
Suetonius testatur, Nererom duos habuisse scyphos gra-
tissimi usus, quos Homericos à calatura carminum Homeri
vocabat.
Apud Achæum Tragicum Grammatici poculi fit mentio.
Hujusmodi fuit & illud, in cujus ambitu verba hæc lege-
bantur: *Δις ἑρμῆος*, id est Jovis servatoris, De ipsèdem *Cælius*
lib. 7. cap. ut.
Proculi astrologici, quod inter alia munera, Ferdinandi,
Imperat. Legati, Constantinopolitano Cæsari attulerunt, de-
scriptionem habes apud *P. Jovium.*
Scyphi sigillati dicti à Cicerone, id est, sigillis ornati, in *6.*
in Verrem. Cum sederem, inquit, domi tristis, accurrit Ven-
tius, jubet me scyphos sigillatos ad præterem statim afferre.
Signa & sigilla dicuntur hinc mulachra Deorum, vel Heroum, vel
alterius alicujus rei, quæ Græcè *ἑρμῆος*, & *ἑρμῆος*, id est
ἑρμῆος appellantur.

Hujusmodi sigilla vasis, & scyphi illigabantur calatorum,
& vasculorum artificio, quod idcirco sigillata fuerunt dicta, *P.*
ut *Basilius in lib. de vasculis* annotavit.
Ornabantur etiam pocula, aliaque vasa emblematis dictis
ἀντὶ τῆς ἐπιπέδου, quod vasis adiecerunt, & revelle-
rentur, cum libitum erat, de quibus copiosè *Budeus in An-
notationib.*

Illigabantur & aureis crustis vasa, ut est apud *Plautum* in
Pedulus, infra eodem in hæc verba: Cymbia argentea cru-
stis aureis illigata.
Figurabantur etiam pocula ex sculptis intus, seu crebris spec-
culis, ut vel uno intuente, totidem populus imaginum fiat,
quod evenit figura materie.
Calicis vasorum quatuor meminit *Juvenal.* quem amplum
fuisse verisimile est, cum obicit, quendam posse ficcare ca-
licem vasorum quatuor.

Solebant Veteres etiam mortuorum imagines, quos charos
habuerunt, memoria causa in poculis exculperè. Sic *Cornel.*
Macer, teste Julio Capitolino, patrem habuit ex ele-
ctro, quæ per convivas circumferbatur, in cujus medullis
effigies Alexandri impressa viscebatur.

Sic Epicurei amoris, memorieque ergò, Epicuri imaginem
in poculis suis sculpi curabant, ut quoties biberent, toties
illius recordarentur, ut testis est *Cicero libro de Finibus.*
Hieronymus refert, quosdam etiam Apostolorum imagines
in vasis excidisse, cujus hæc sunt verba in *Jon. Propet. cap. 4.*
Timuit videlicet (scilicet Canthejus Rom.) quod se reprehren-
sum & sacrilegii accusatum dicit, quod pro incurbita hede-
ram transfulerit, ne si pro incurbitis hederæ nascerentur, unde
occulte, & tenebrosè biberet, non haberet. Et reverè in ipsis
incurbitis vasculorum (quas vulgò Savecornias vocant)
solent Apostolorum imagines adumbrare, à quibus & ille
non suum sibi nomen asumpsit.

Nunc ad nostra tempora veniamus. Hac quoque in parte
Christianorum sese prodit luxuria, quæ antiquam illam Græ-
corum, atque Romanorum luxuriam, non modo æquale vi-
detur, sed etiam longè superare. Nam cum multa sint, variæ,
atque multiplicis poculorum formæ, atque figura, quas enu-
merare operosissimum foret: tamen novæ quotidie excogitan-
tur, ita ut nihil ferè in rerum natura esse videatur, ad cuius
H. imagines, atque similitudinem illa non effingantur.

Quemadmodum igitur ebrietatis ipsos homines vera sua for-
ma, hoc est, ratione exutos, in variis, ac portentosis anima-
lium brutorum formas convertit, atque commutat: sic eos-
dem ad varias, & novas quotidie poculorum formas excogi-
tandum impellit. Alia morionum larvis, alia Diaconibus, alia
ocreis similia fieri curant. Habent etiam nonnulli ad diaboli
imaginem formata, ut ita nimirum se illius mystas esse tesen-
tur. Sic in poculis quoque suam pecculantiam produunt.

QUANTITAS.

APUD GRÆCOS.

Apud Græcos pocula minora in usu erant olim, & non nisi
à Barbaris ad hos translata esse capiora, auctor est *Chame-
leon Heracleotes in lib. de ebrietate*, ac primum viris principi-
bus usitata fuisse. Unde ea pocula heroica dicebantur: nam
potiorum dabatur folis heroibus, & bibacioribus.
NESTORIS quoque poculum celebratur apud Homer-
um

rum insigni magnitudine, quod vix juvenis aliquis gestare po-
tens, at ille tollebat illud *quævis*, id est, facillimè, nulloque
labore.
Præterea potiorum illud datum Cyclopi ab Ulyssæ, quod
μυροσίβω vocat Poeta, alii *μυροσίβω*, nequaquam parvum exti-
tisse inde apparet, quod eo ter potio monstrum illud horren-
dum, quod vertice feriebatur fydeta, ebrius jacuit per antrum.
Hoc quoque non nullum præda allatum: Possit tamen etiam
poculum, ex Cyclopium præda allatum: Possit tamen etiam
quasi illam Cyclopi ebrietatem non tam poculi magnitudini,
quam vel vini viribus tribuere, vel quod Cyclops lactis, non
autem vini potui affuisset. *Hæc Athen.*

APUD HEBRÆOS.

Apud Hebræos Reges, atque Optimates capacioribus pocu-
lis fuisse usos, constat ex illo *Of. 7.* Reges faciunt ægrotare
utrumque vini, ubi utris nomine ampla pocula intelliguntur.
Et Amos, cap. 6. populi principes dicuntur vinum bibisse in
phialis, aut pateris. Nam vox Mizrak, quæ Amos utitur, deriva-
ta à spargendo, vas propriè patulum (*ἐπιπέδου* Græcis sunt
latiora pocula. *Cælius lib. 28. cap. 6.*) amplum, & capax signifi-
cat, ut volunt Grammatici: quod latine craterem, five phia-
lam rectè verteris.
Plautus dicta sunt pocula perampla, teste *Eustath. 11. Cæl.*
l. 16. c. 6. (quæ ab Homero *ἐπιπέδου* appellantur) unde *σε-
ραπῆσαι* ebriosus, qui poculis amplis gaudet.

Amphitretum erat poculi genus ita factum, ut quavis ex
parte positum staret, nullumque certum haberet fundum. Pro-
babilis est, quod inter varia addit Helychius, Amphitretum
est poculum, quod ob magnitudinem ambabus tollitur, ac re-
ponitur. Id Hollandi nauæ vocant busam. Hinc proverbium:
Ex Amphitro bibifisti eum, qui meracius, & largius potaret.
Erasm. in Proverb.

APUD ROMANOS.

Romanos quoque magnis, & capicibus poculis usos fuisse,
cum multa alia literarum monumenta, tum illa Galeni verba
facis testantur *lib. 1. Methodi Therap. in initio*, ubi de Ro-
manorum luxuria, ebrietateque faciens verba, dicit illos in cen-
nis solitos fuisse *πρωτὴν ἐπιπέδου ἐπιπέδου* *πρωτὴν ἐπιπέδου*
πρωτὴν, id est, sibi invicem propinare, & de magnitudine po-
culorum certare, ita ut in optimis conferretur, nò qui plurimis
instrumentis sulcatis, aut etiam sermone philolophico uti no-
verit, sed qui multos, eosque maximos calices excitavit.

CICERO in sua interrogatio Pisoni obicit maximos ca-
lices, quibus ille utebatur, & hos Placentinos. Idem exprobrat
Antonio: Quod fili inter cenam in immambus illis tuis pocu-
lis accidisset, &c.

APUD GERMANOS.

Germani perique hodie poculorum magnitudine Græcos,
& Romanos longè superant. Monstroscè certè magnitudinis
poculis bibunt, quæ nisi quibus ebiberit, vix à contentione lin-
guæ, aut à congressu manus immunes manent. Videatur de
his *Cornarius in libello de Conviviis.*
Jucundum est, ac memorabile, quod de poculo, five vitro,
in conviviis Martinus Lutherus utebatur, capacissimo, &
per modum, ut ipse vocabat, Catechismi distincto, in medium
adduximus in *Loco de Bibacibus.*

MENSURA POCULORUM.

Varis mensuris Veteres potasse constat. Hinc apud Ro-
manos vocabula sunt inventa: Triens, Quadrans, Quin-
cunx, Septunx, & reliqua, quæ non magis pocula quam
mensuras significant, à quibus tamen calices potiorum fuerunt
nominati: quod constat ex illo *Martial. l. 8. Dat numerum*
cyathis, &c. In illo septemcentum pro haustu 7. cyathorum,
trientem pro haustu 4. Quincuncem pro 5. Besselm pro 8. cy-
athis posuit.

Præ cæteris autem tres potissimum videntur observandi:
Sextans, Deunx, & Triens: quarum due rarius, tertia frequen-
tius, & à pluribus in quotidiano usu videtur usurpata.
Sextante temperatos, ac valetudinarios: Deunce intem-
peratos, & bibaces potasse valde est verisimile. Nam auctor est
Suetonius, Augustum Cæsarem sextante bibisse, eumque se-
xans tantum in conviviis publicis ori admovisse, ejus verba
hæc sunt: Vini quoque natura parcellissimè erat: Non am-
plius tibi bibere cum solitum super cœnam in castris apud
Mutinam, *Cornelius Nepos* tradit. Postea quoties largissimè
se invitaret senos sextantes non excoffit, aut si excoffisset, ren-
ciebat. Et maxime delectatus est Rhetico, neque temerè in-
terditi bibit.

Romani, ut *Budeus* vult, sextantem, five sextarium,
quasi legitimum & quotidianam virilis potus mensuram E-
statuentes, ab eo quasi ab aste incipientes, reliqua vo-
cabula quasi ejus partes fecerunt. Augustus itaque, ut
idem Suetonii verba interpretatur, ita plerumque sibi
temperabat super cœnam, ut ternos sextantes, id est
dimidiatam aliorum mensuram biberet, & cum licentius
bibere proposuerat, sextarium non excederet, ac nec
excedere quidem posset citrà rejectionem, quippe qui an-
infirma valetudine fuerit.

Verum similiter Imperatorem vitæ fuisse parcissimæ, ita
ut sextarium vini tota die nunquam potaverit, sæpè intra He-
minam, testatur *P. Popilius.*

Sic *Martialis* de semetipso, & Cinna:
Sextantem poto, tu potas Cinna bibentem,
Et quereris, quod non Cinna bibamus idem.

Idem de Lusco bibone ad Aulum:
Potator nobilis, Aule, lumine uno
Luscus, Phryx erat, alteraque lippus,
Hinc dicit Medicus, Bibas caveto.
Vinum, si biberis, nihil videbis.
Ridens Phryx oculo, Valebis, inquit.
Miseri sibi protinus deuces,
Sed crebros jubet: Exitum requiris?
Vinum Phryx, oculus bibit venenum.

Ex his videtur posse colligi, Deuncem five undecim uncia-
rum calicem ebriosorum potius, & intemperantium homi-
num: Sextantem verò temperatorum mensuram extitisse.
Ceterum in communi ferè omnium usu extitisse calicem
quinque paulo plus minusve unciarum, Trientem appellatū.
Mercurialis lib. 1. antiquar. lib. cap. 22. putat inde posse colligi,
quod Poetæ, qui omnibus aliis auctoribus melius veter-
rum, in edendo præsertim, & bibendo, mors expresserunt,
cum de hujusmodi potus mensuris, vasisque loquuntur, ferè
semper trientes nominant.

Propertius lib. 3.
Cum fuerit multis exacta trientibus boris.
Perfusus Satyra 3.
Sed tremor inter vina subit, calidumque trientem.
Sed de his rebus cæteris copiosius lusi *Martialis l. 1.*
Crebros ergo bibas licet trientes.
Et lib. 4.
Sed nec post primum legat hæc, summumve trientem.
Sed sua cum mediis prælia Bacchus amat.
Observandum magnos potores sæpè ab ipsis poculis, five
mensuris, quas ebibere consueverant, cognominata fuisse fortio-
tos, ut Cotyla, Meqhetres, Amphora, Tricongius.

NUMERUS.

Veteres porrò tum Græcos, tum Romanos, qui Græcos
imitabantur in conviviis solennioribus, atque splendidioribus
ad certum poculorum, & quidem æqualem numerum, atque
mensuram, quam convivii magister præscribebat, potare, se-
que invicem ad bibendum invitare fuisse solitos, passim ex
Veterum monumentis constat.

Asconius in 3. Ferrina Cic. in illa verba: Fit invitatio ut
Græco more biberetur. Primò reprehendit eos, qui grandis-
bus (inquit) poculis, & meracis potionibus, qui non
intelligunt dicta Ciceronis, & hoc putant Græco more po-
tare. Addit deinceps: Est autem Græcus mos (ut Græci
dicunt) *επιπέδου* *επιπέδου*, cum merum cyathis libant,
salutantes primò Deo, deinde amicos suos nominant, nam
toties merum bibunt, quoties & Deos, & charos suos nomi-
nant vocant.

Erat igitur mos apud Veteres, ut propinantes, aut bibituri,
Deum quempiam, aut hominem omnino causa præferrentur,
eumque gignendi causa proferebant.

Sic apud *Lucianum in Lapidibus* Alcidas Cynicus sponse
Herculis nomine propinat. *Erasm.*
Hinc Horat. Od. 19. lib. 3.
Da Lunæ propere novæ,
Da noctis mediæ, da puer auguris
Murenæ (subaudi cyathum, aut poculum) tribus, aut novem
Miscetur cyathis pocula commodis.
Qui musas amat impares,
Ternos ter cyathos antonius petet,
Vates: tres prohibet supra
Rixarum metuens, tangere Gratia.
Id est, Poeta Musarum amore flagrans novies bibet, si volet
infanite,

infanire, sed Gratia vetant eum, qui a rixis, & conviciis abhorreat, plerumque tres vini cyathos haurire. Quod autem prohibet Græca cantio, ne a bibent, ad Veterum superstitionem pertinet, qua creditum est impares numeros ad omnia efficaciores esse. Unde illud:

Numero Deus impari gaudet, Solebat ergo Veteres, cum in Deorum, tum in amicorum, & amicarum honorem, atque gratiam, certum cyathorum numerum in suis invitationibus, sive propinationibus exhaurire.

At primò quidem observandum veteres Græcos in cœnis tres crateres (est autem crater, quem Latini crateram vocant, vas, in quo Veteres vinum aqua temperabant) in Deorum gratiam statuere solitos fuisse: primam Mercurio, alteram Gratiis, tertiam Jovi Servatori, quam *Διὸς σωτήρος* vocant: sed & eorum una post epulas remotis mensis statuatur ad libationem, & invitationem.

Præterea ad numerum Musarum novem cyathos propinare solebat, vel in Gratiarum honorem tres dumtaxat. Unde in proverbium consuetudo abiit: Aut ter bibendum, aut novies. Quod *Ausonius* his verbis expressit:

Ter bibe, vel toties ternos, sic mystica lex est. Vel tria potans, vel ter tria multiplicasti.

Ut autem in Deorum, sic in amicorum quoque, & amicarum, cum presentium, tum absentium gratiam bibere, & quidem ad certum cyathorum numerum solitos fuisse, ex antiquis scriptis colligi potest, ad illorum memoriam inter bibendum, ac renovandum.

Etiam *Horatius* hujus moris meminit; *Vultis severi me quoque sumere Partem Falerni? dicat Opunciae Prater Megilla, quo beatus Vulnere, qua pereat sagitta?* Quin & illud erat moris, ut in honorem amici, aut amicæ, tot cyathos hauribus singulis biberent, quot litteræ in eo nomine essent. Hunc morem festivum hoc testatur epigramma *Martialis* lib. 1.

Nevia sex cyathis (Lesbia sex cyathos, alii legunt) Septem Juspina bibatur. Quinque Lycea, Lyde quatuor, Ida tribus.

Omnis ab infuso numeretur amica Falerno: Et quia nulla venit, tu mihi somme veni. Nunc mihi dic, quis erit, cui te, Calatiste, Deorum Sex jubeo cyathos fundere? *Cæsar* erit, Subtilis aptetur decies rosa crimibus, ut sit Qui posuit sacra nobile generis opus.

Nunc bis quina mihi da sua via, fiat ut illud Vidor ab Odrisio quod Deus orbe tulit. In hoc carmine cyathorum, rosarum, basorum numerus respondet his tribus nominibus, *Cæsar*, *Domitianus*, *Dalmaticus*.

Huc quoque illud *Plauti* in *Sticho*: *Sag. Vide quot cyathos vos bibimus? Sc. Tot, quot digiti sunt tibi in manu.* Cantio Græca est, *ἡ πρῶτα πίνω, ἡ δεύτερη πίνω, ἡ τρίτη πίνω.* Tibi propino decima fonte, tibi tute inde, si aspis. S. benè vos, benè nos, benè te, benè me, bene nostram etiam *Stephaniam*. Bibe si bibis. Sc. Non mora erit apud me. Poculorum Lulus. Vide locum de Lusa.

* Podagra.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Podagra est, ubi imbecillitas, atque humoris à natura alieni defluxio pedes occupant, *Leonardus Febrius* insit. *Medic. sub. l. 1. c. 25.* Sic dicta, quod pedicæ more, quam Græci *ποδάγρα* appellant, pedum usum impediatur. *Ovid.*

Solvare notofam nescit medicina podagram. Galli Guttam hunc morbum appellant, quod persuasum sibi habeant, humorem paulatim, & quasi guttatim distillare in juncturas. Latini Articulare vocant. Describit aliost *Guidonem*, quod sit dolor juncturarum ex defluxione humorum natus. Cui *Galenus* consentit *Comment. sub Aphor. 28. sect. 6.* Addit tamen *Andreas Laurent. Ferrar.* ortum dolorem per imbecillitatem partium.

* DIFFERENTIA.

A triplici ratione ducuntur hæc. I. à partibus affectis; occupat enim morbus hic coxas & musculos infra coxendicem, extenditque se usque ad femur, & vocatur Ichiatica. In vadit quoque pedes, & juncturas maximi digiti, ac proprie Podagra dicitur: Denique manus infestat, & articulos digitorum, estque Chiragra.

II. Differentia à materia sumitur, quæ nunc calida, nunc frigida. Hinc fit, quod morbus iste etiam varietur, ac vario colore innotescat. Immo & suis variis, nunc calidis remediis pellitur. Quamvis non desint, qui velint otium podagram solum ex humore frigido. Ita *Fernelius* lib. 6. *Paribol. cap. 18.*

III. Differentia sumitur ex accidentibus, ut putà Dolor, & Tumore. *Galenus* quartam addit, & dicit Podagram aliam Naturalem, quæ à parentibus hereditate accipitur: aliam Accidentalem, quæ ex causa alia provenit.

* S U B J E C T U M, E T C A U S A. Scriptur nuper de Podagra, aliusque morbis articularibus eruditum *Tractatum Franciscus Indus Medicus Veronensis*, quem *Clementi VIII. Pontifici* Max. inscripsit. Ubi varias causas haurum recenset, easque partitur in duo genera, Externas & Internas.

Externas appellat, otium, quietem, crapulam, veterem immodicam, usum ciborum pravoris fucci, laboriosam exertionem, animi perturbationes, immodicas vigilias.

Interna producit humorum abundantiam & membrorum imbecillitatem, potissimum cerebri, lienis, hepatis, facultatum naturalium debilitatem, aut alterationem. Quod etiam fit, ut partibus traducantur hi morbi in posteros propter feminis vitii communicationem, quod illis parit membrorum imbecillitatem, ut *Galenus* docet in *Aphorismis*, qui etiam addit nihil habere majorem vim in Podagra generatione quam usum immodicum venerorum.

Unde *Hippocrates* scribit, Eunuchos Podagra non laborare, ut nec pueros, ac mulieres menstrua non habentes. Verum experientia contrarium docet, & hos morbis articularibus corripit non ob hanc causam, sed potissimum propter insignem ingluviem, aut alios defectus ad hos morbos concurrentes: præterquam quod à natura, & ex traduce plerique hunc carnificem circumferunt, ut diximus ante.

Plerumque autem viros Principes, aut Magnates infestat Podagra, rarius pauperum casas ingreditur, ut qui continuo labore & tenuis victus ratione facile comprimunt inertium humorum redundantiam.

* S I G N A P O D A G R A E. Signa hujus morbi alia Diagnostica, alia Prognostica. Prioris generis sunt tumor & dolor juncturarum. Dolor partis affectæ, ejusque contractio, & sensus pro remedium varietate varius. Duratio, & urina, atque excrementorum qualitas.

Inter Prognostica numerantur Parentes eo modo afflicti, potissimum Pater, viri enim magis obnoxii sunt ob majorem vivendi licentiam, quamvis etiam feminas invadat nonnunquam. *Ætas*, & Complexio patientis, Anni tempestas, nam Vere, & Autumno magis levit; & conditio Personarum, putà si in otio vivant, si frequenter Genio indulgeant, aut Veneti, &c. *Vide dicta paulò ante.*

* E F F E C T U S. Morbus hic quamvis unam partem affligat, tamen reliquum corpus à multis incommodis conservat. Hinc natum proverbium, Podagricos esse longævos. Attamen causat colicos dolores aut febres, prout materia peccans aut intestinis, aut venis obruitur. Ipsum etiam membrum tandem contabescit, & debilitatur. Immo si ad nobiliorem partem materia fluit, graviore morbos, & mortem repentiam causare possit.

P O D A G R A E

Infestatio.

P E R E X E M P L A.

Asa Judæorum rex jam senex pedibus aggravit. *Reg. 15. Agestilaus* rex cum arderet podagra dolibus, cumque Carnædes invisset, atque exiret tridit: Mane, inquit, Carnædes: nihil enim illuc huc pervenit offensu pedibus, & pectore. Sentiens, pedes quidem dolere, sed animum dolere vacuum esse. *Plat. in Laconicis.*

PTOLE-

PTOLEMÆUS Philadelphus Ægypti Rex, delictis ita A fuit corruptus, ut se semper victurum crederet, ac diceret se solum immortalitatis rationem invenisse. At eum dies nonnullos podagra infestare, ac postea convalescere, vidissetque per clathros Ægyptios prandium apud fluvium parantes, atque villa comedentes, fusumque in arena projectos, dixit: Heu me felicem, qui neque unum ex istis esse postum. *Athen. l. 12. c. 17.*

ENNIUS podagra vehementer laborans, de poetico tamen studio nihil intermisit. *Gyraldus.*

AGENTI Athenis L. Sylla, post devictum Mithridatem, dolor cum gravide torpidus decubuit in pedes, quem podagra balbutem Strabo ait esse. Quare Aedonium navigavit. Ibi aquis calidis usus est ferians, simulque tempus traducens cum mimis. *Plur. in Sylla.*

VATINIUS *Vide infra inter Apophibeg.*

GALBA Imp. manibus, pedibusque articulari morbo distortissimis, ut neque calcem perpeti, neque libellos evolvere, aut tenere omnino valeret. Exerevat etiam in dexteriore latere ejus caro, propendebatque adeo, ut agræ fascia substringeretur. *Suetonius.*

Diodori podagram *Martialis* irridet: *Litigat, & podagra Diodorus, Flaccæ, laborat.*

De *Callio*; idem *Epigrammatum* libro 7. *Discursus varios, vagumque manū, Et falsus, & aut potentiorem Cùm perferre, patique jam negaret, Caput fingere Cælius podagram.*

Quam dum vult nimis approbare veram, Et sanas linit, obligatque plantas, Incenditque gradat laborioso (Quantum cura potest, & ars doloris?) Desit fingere Cælius podagram.

SEVERUS Imp. cum podagra laboraret, & ob id à quibusdam irreverenter tradere, qui filium ejus Antoninum Imperat. dixerat, lætica se in Tribunal defertur iustit: citatque contempribus, securi percussus fuit. At cum errati veniam petissent. Nunc demum intelligit, inquit, non pedes, sed caput imperare. *Fulg. l. 2. c. de Milit. discip.* Cùm *Parthos*, & *Arabes* Adiabenes devicisset, triumphum, quod consistere in curra ob articulare morbum requirit, silio concessit. *Culps. A. D.*

CONSTANS Imp. ob delicias articularum dolore vexatus, difficilis, morosus, auferus, & tam provincialibus gravis, quam erga milites illibera factus est. Cum quereret solatia morbi ubicunque esset, venaticus operam dabat, cum formosis juvenibus ludebat, cum interim in ejus necem conspirarent aliquot militares, adjutoribus *Crescio*, & *Marellino*, à quibus interfectus est, *Magnentio* tyrannidem arripiente. *Idem A. D.*

MARCELLINUS Anconitanus Episcopus, podagricus, in lætica incendio oblat, solo tractu extinxit, quod nulla alia vi extingui poterat. *Greg. Turon. l. 1. Dial. c. 6.*

NICEPHORUS Botonensis Imp. cum podagra vehementer laboraret, ac studis bonarum artium vacaret, inutilis Republicæ visus est. *Volater. l. 23. Anthropologia.*

CONSTANTINUS Monomachus Imp. mirum in modum podagra laborasse fertur. *Idem.*

ALEXIS Angelus Imp. Byzantinus, morbo articulari per certa intervalla laborabat, & dolore pedum in primis affligebatur. Quadam die foribus cubicali clausis, arcam nemini præterquam cubicularii indicat; & ferramentis cademibus in tibias profundè impressis, dolores animo philosophicè tulit, & D contumeliosis dictis Medicos repudiavit, quod in solis purgationibus versari didicissent, neque quiescam remediis ultra evacuationes adhibere scirent. Ustionibus verò inflammatis, Medici non singillatim, sed omnes simul convocati sunt, cognatis ejus metuentibus, ne decussis humorum ad crura impeditus, necem illi subito inferret. Illi ergo curavere, ut commotio simul, & redundantia humorum egestionibus sifteretur. *Nicet. l. 2. de reb. Alexii Angeli.*

Podagra ita *Honorius IV.* Papa laborabat, ut ei instrumentis quibusdam ad apè fabricatis sacrificare necesse esset. Consilio tamen, & prudentia tantum valuit, ut non multum corporis vires in eo desiderarentur, quippe cum soleret, audivisset cum hoc fecisset, dolor continuo conquievit. *Platina.*

FRIDERICUS Marchio Misnensis ob arthritidem repudiavit oblatum Rom. Imperium. *Culps. A. D.*

COSMO Florentino podagra non parum amplitudinem *B. L. Theat. vit. Human.* Tom. VI.

contulisse videtur. Nam cum se domi contineret, non tantum Florentina res, sed penè Italia totius, quæ tunc in magnis erat belli ardoribus, ad eum deferabantur. Cujus domus non privati civis, sed curia potius judicari poterat: cum interea magnificentissima Templâ adificanda curaret; & libros undique in Bibliothecâ suas congereret, non minore diligentia, quam sumptu. *Pontan. de Fort. domest. l. 2. c. 8.*

AENEAS Sylvius (qui post *Pius II.* Papa fuit) in Scoticam, vocis solvendis, quæ inter fluctum ætus Virginie matri nuncupaverat, initium morbi contraxit articularis, qui permansit ad vitæ exitum, glacie decem millibus passuum nudis pedibus ad sanum usque caleata, ut redire in oppidum non aliter, quam lætica potuerit. Chiragra ferò offensus, & raro, & Astrologas se manus habere jocabatur, quod Equinoctium tumore prædicent. Dolores adeo patienter tulit, ut conflet legatione Germanica, impedium graviter podagra, tamen à collega, ut diem unum subsisteret, adlucinequivisse, & in aquis Patriolanis petulisset duas in horas fistulam deuncem: Romæ quoque inter maximos caliduli dolores continuasse orationem, vix oborto leviter ore, ac submerso paulum labro deprehendum. *Campanus in ejus vita.*

BAJAZETES Turcarum Imp. propter pedum dolorem *F* Adrianopoli, & Constantinopoli mansitans, in visus factus militibus, à *Sclimo* filio natu minimo regno ejectus est: venenoque, ut creditum est, extinctus. *Cromerus* lib. 30.

ACTIUS Vicecomes, usque adeo improbe, urgente fato, articularum doloribus afflicte læcissus est, ut ne ladicibus, quidem in lectulo sine intolerabili cruciatu integeretur. *Jovius in vita ejus.*

PETRUS Medicus, licet sævissima conficeretur arthritide, potentissimam tamen conjurationem contra se Florentia inivit, & consilio, & armis ita oppressit, ut quem prius hæreditario jure populariter imperantem ferre non poterat, armatum victorem pati cogenteret, Anno m. cccc. lxxv. Eodemque morbo non ita multo post victus decessit. *Brutus* lib. 3. *bist. Flor.*

MATTHEUS Aquilianus licet pedibus, & manibus capitis, mirum quantum Neapolitanis in studiis profuerit, Philosophiam, Theologiam, naturales res assidue docens. *Pontanus* l. 2. c. 8. *de Fort. domest.*

ANTONIUS Leva Hispanus, exercitus sub *Carolo V.* dux clarissimus podagricus fuit. *Guicciardus* lib. 5. *Cap. 7. G. vius* lib. 27. *bist.*

CURATIO FELIX.

Olympicæ podagricus quidam morbo sedato cutu victi: *Aret. lib. 2. c. 12. de arthritide.*

ISMENTIAS Thebanus, Antigenidis discipulus, tibicem peritissimus, Multos arte sua ichiadicis sanavit, seu (quod verissimilius est) animis illorum delinitis, morbi dolorem mitigasse visus est.

Legimus Quosdam morbo articulari laborantes proserptione bonorum, ad simplicem mensam, & pauperes cibos redactos, convalescisse. *Cælius* lib. 13. c. 25. *A. L.*

M. VARRO tradit, *Servium Clodium* Equitem Romanum magnitudine doloris in podagra coactum, veneno crura perunxisse, & postea caruisse sensu omni aequè quam dolore in ea parte corporis. *Plin.* lib. 15. c. 3.

M. AGRIPPA supremis suis annis confictatus gravi morbo pedum, cum dolore cum perpeti nequiret, unius Medicorum portento scientia, ignorante divo Augusto, tanti putavit usu pedum, sensuque carere, dummodo & dolore illo careret, demersis in acetum calidum cruribus in acerrimo impetu morbi. *Plin.* lib. 23. *cap. 1.*

SEX. Pomponius, vel Pompejus, prætorii viri pater, Hispaniæ ceterioris princeps, cum horreis suis ventilandis præficeret, correptus dolore podagra, meris in triticum sese supergenua, levatque siccatibus pedibus mirabilem in modum, hoc postea remedio usus est. *Plin.* lib. 22. c. 25.

Sanati sunt *Calama* per *Stephanum Martyrem* podagrici duo, unus civis, peregrinus unus: sed civis omnimodo, peregrinus autem per revelationem quid adhiberet, quando doleret, audivisset cum hoc fecisset, dolor continuo conquievit. *August. lib. 22. de Civit. Dei, cap. 8.*

Medicus podagricus *Carthagenensis* cum dedisset nomen ad Baptismum, & pridie, quam baptizaretur, in formis à pueris nigris circatis (quos intelligebat demones esse) baptizari

Aa

baptizari eodem anno prohibitus fuisset, eiusque licet con-

Inexplicabilis nonnunquam, & virulenta est materia Ar-

Lanius Budensis podagricus vicinus habitabat cœmeterio.

Apud Gellium cap. 13. libri quarti, hæc leguntur: Credi-

CURATIO IRRITA.

POLEMON Laodicensis sophista, cum articuli morbo

Lepidum est, quod de Leone X. Pontifice referunt illius

Quo respondente, esse hominem fortunæ angustioris, nec

DE PODAGRICIS, ET PODAGRA.

ANAXARCHUS dicebat, si quis alterum audiret im-

Publicus Cyrus, cum esset orta iocosa quæstio, quodnam

CICERO in Vatinius, qui cum pedibus æger esset, vole-

Narratur & hodie quiddam non minus facetum, si modo

Alphonfus interrogatus, cur podagrici loquaciores cæteris

Petr. Fundanus audiens quosdam familiarem de pedum

Vide Podagræ infestatio, supra.

Extat apud Lucianum perelegans dialogus, in quo podagræ

Lucianus. Tragopodagra. Podager.

Triste nomen, dicitur exosum Diis Podagra, lachrymosa Coccyo sata,

Per

Per ipsa currit ignea pestis viscera,

Pod. O qui labori Baculo fers opem meo,

Ter quinque nanque præteriere jam dies,

Quænam ista turba est, qui manu fustes tenent.

Quænam ista turba est, qui manu fustes tenent.

Age qui, vel undenam venitis hospites,

Cho. Veniemus sacra Deam Cypri,

Ex atheris ortam semine,

L. B. Theat. vii. Human. Tom. VI.

Primam cubitis Ophion senex

Pod. Sed qualibus sacris ministris excitat?

Cho. Tranquillus æder esto nunc:

Linguis favent podagrici:

Pod. Quis est dominum, cui non ego insuperabilis

Regina morborum Podagra nota sim?

Quam nullam placant ibura fumigantia,

Assusus aris, nec eruat ardentibus,

Suspensa templis droitum, aut donaria.

Nec ipse Pean omnium celestium

Com-

A Communicat msteriis, primū statim
Loqui doceret suavit, dehinc jois
Oblectat omnes: cumque risu cernitur,
Plausique cunctis, fertur is, ut in balneum,
Quam dixit Aten ille Homerus, illa sum:
Caput virorum calco: plantas occupo
Pedum tenellas: cumque sin tōdō ēpa,
Vulgo podagra dicor. At meorum agite
Mstia orgiorum, canite non viciam Deam,
Chor. Onympba ingentum adamantinum habens
Multipotens, animo Dea valido,
Audi vota tuorum supplicum.
Magna potentia, vis tua magna,
O regina opulenta Podagra,
Quam Jovis horret pernix telum,
Quamque profundi fluctus pelagi,
Quam rex Orci trepidat Pluto,
O gaudens nodis, lectigrata,
Cursivastans, talorum tortrix,
Calcei crematrix, malū bumitanga,
Ostremenda, genefroga, pernox,
Articulos cruciandi cupida,
Curvigeneflexa, potens Podagra,
Nun. Domina per opportuna te fers obviam,
Audi, neque enim tibi nuntium fero frivolum,
Sed socia verbis ipsa res adiungitur.
Nam civitates dum tuo jussu pede
Leno peragrans, serior omnes per domos,
Nunquid tuam non hic colat potentiam?
Alios tuarum vi manuum sat reperi
Regina domitos, mente bona quiescere
Audaculi, sed hī duo temerarii
Præfente turba dejerabant acriter
Venerabilem non esse tuam potentiam,
Sed eiciendam de genere mortalium,
Quare potenti vinculo tenens pedem,
Stadia duo emensus vixio quinta die
Pod. Quam subitus ades, dū nuntio velocissime,
Sed quis relictis in viis eris venit:
Clarè refer, quod celeritatem intelligam.

C Nun. Quinque graduum scalas reliqui primitus,
Tremulaeque luxatis trabium compogibus:
Deinde sternax me excipit mos area,
Duris veniens ad pedes impulsibus.
Quod iter ubi confecti gravibus vestigiis,
Stratam siliibus ingredieram semitam,
Itaque serupulis acutis asperam,
Hinc incidens in lubricam, et planam viam
Dum propero progredi, solum retrahit
Calcei malū firmas illico cæcum retro:
Quā transeunsi liquidus, et membris mihi
Sudor fluebat, æger ut fessum gradus
Desceret. Inde lassus omni corpore
Laram quidam, at tutam minis infisso viam:
Parilis, et hinc, et inde me vehiculis,
P̄i curerem, cogentibus, et urgentibus.
Quare celeriter sublevaris segnem pedem,
Transversus occursum fugiens, celsi loco,
Donec citis quadriga transiret rotis:
Myses enim tuus nequiebam currere.
Pod. Non ista gratis gesta redderes erit,
Mi nuncie: tua namque promptitudini,
Parem rependam gratiam pretio pari.
Gratum istud esto præmium triennio
Toto dolores perpeti tantum leves.
Sed vos scelesti Dii, et invidiosissimi,
Quinam, vel à quibus parentibus editi
Audeatis obniti Podagrae potentia,
Cujus superare vim nequit Saturnius?
Heus dicite pestimi. Quoniam heroas ego
Quamplurimos domui, sapientes ut sciunt.
Priamus pede celer ille canitur podagricus,
Periit podagra Peleo Achilles satius:
Et Bellerophonates podagricus me pertulit,
Potensque Thebarum Oedipus podagricus,
Et ex Pelopidis podagricus erat Pissihenes.
Et filius Pæantius etiam podagricus
Classi imperavit: fuit et alius celer
Dux Theffalorum, qui simulatque prælio

Vigus ceciderat Proteflaus, præfuit
Classi podagricus licet, et æger foret.
Ithacæ quoque principem Laertis filium
Pyssem ego, non spina necuti trigonus.
Nunquam ergo gavifus id calamitosissimi
Ponam patiamini meritis vestris parem.
Med. Syri quidem genere Damascesinus,
Multa fame verò coacti, et inopia
Terram, et Mare peragrans, errantes, vagi.
Habemus autem, quod pater unguentum dedit.
Per hoc mala consolamur ægotantium.
Pod. Dicat quod unguentum, et quis apparatus hic,
Med. Mysteriis eloqui me sacramentum non finit,
Nec ultimum morientis edictum patris,
Qui iussit hanc celare nos vim pharmani,
Quod servientem te quoque scit conficere.
Pod. An igitur, dæmoniacus, malū perditii
Ullius usquam tanta vis est pharmani,
Meam, quod injunctum vim sciat conficere?
Sed sine, pacificamur, ege tali fudere.
Et experiamur anne virtus pharmani
Futura sit superior, an flammae meæ.
Huc id severa statim undique convolantia
Tormenta præfides meæ vestriæ
Ocyus præfeste: tuque soleas infimas
Pedum sub ipsos usque digitos urito,
Tu calcibus infili, profundam tu riges,
A femoribus ad genua radem sellam:
At vos manum repente digitos fistite
Tor. En imperata singula fecimus tibi,
Facent, miserique clamant gravissimè,
Per omnia torti membra tuis complexibus.
Pod. Inelligamus hospites vestrisimè
Vobisne proflit illitum hocce pharmacum.
Nam si palam sit istud adversum tibi,
Mundum relinquent ibo sub terra sinus,
Obscura, et ignota, in profunda tartara.
Med. En unximus, flammæ claudus es, me deicvat.
Hei mihi, papa miser distructor, intereo,
Omnia populatur membra mea cæcum malum,
Non lupiter fert tale telum fulminis,
Non ulla sic procella sevit æquoris,
Non impetuos tanta vis est turbinis,
An asperos sustineo morsus Cerberidi?
Nun virus Echidnæ membra mea deposcitur?
An tunica fame tincta Nesti sanguinis?
O Dea, miserere; nam neque meum pharmacum,
Nec aliud inhibere poterit cursum tuum,
Vidrix, sed omnium omnibus es suffragiis.
Pod. Desinite nunc tormenta, dolores cedite,
Mecum quia capere litis illos pœnitet.
Et novit unusquisque me solam omnium
Illachrymabilem, et inmedicabilem Deam.
Cho. Cum love Salmones certare volens conitribus
Fumigero perit repressus numinis jaculo.
Pœnituit Phæbo congressum Marsiam satyrum,
Quando cutim circum canit ejus suave Pythæ.
Litis habet luctum memorem, quoque feta Niobe:
Namque, et adhuc iugens Siphylm rigat uda lachrymis.
Mœnis ad hies Arachne, quia Pallada vocat,
Perdita, nunc scelus id instantia flamma plicat.
Impav enim est divorum affectibus humana vis,
Et Iovis, ut Latone, ut Palladis, utque Pythii
Mites, atque leves, celeræque, brevæque dolores.
Sedariferri, facileque abfistere, et invalidos,
Neve graves pedibus fert, ubique Podagracelebrū.
Multæ sunt formæ miserorum:
Sed podagrae morbi soletur
Exercitium, et consuetudo.
Quare eritis socii immemores cruciatuum.
Æquo animo, si placita non sunt,
Nec placitis iter inveniat Deus.
Quisquis es hic, cui morbus gravis est,
Te ludi, riderique feras,
Nam hæc hujus natura res est.
Idem Lucianus: Proloquitur Podagra.
Gravis hominibus, et inauspicati nominis
Podagra vocor, mortalibus dirum malum,
Quæ vinculis astringo nervos pedes.

Ingressa

Ingressa clam sub artium compagine.
Ridere verò soleo eor, quo torquor,
Dum proloqui veram malicquam haud voluit,
Aliamque silam in promp̄u habent, qua se legant.
Quilibet enim se decepi mendacio
Luxatum alicubi, aut graviter allisum pedem
Dum dicit, veramque causam suppressit.
Quod enim ipse celat, et latere alios cupit,
Hoc tempus initio arguit eo post tanen.
Ac tum d'omittit, veroque nomine me vocans
Gestatur ab amicis, triumphans omnibus.
At verò ad hanc rem, adiutor est labor mihi.
Næque enim sine hoc ego sola quicquam potero.
Hinc mordet illud, mihi et ferit præcordia,
Quod auctor ille cum mali sit omnibus,
A nemine petitur maleficis conviciis:
Sed imprecantibus diris pector,
Quas hoc modo meo effugere possint vincula.
Cur ista nigror, nec fures iram meam,
Non dico cuius gratia hoc advenierim?
Etenim Dolon generosus aulæ Ocyus
Effertur in nos, nosque dicit esse nil.
Irata verò, læsa ceu mosti mulier,
Læsi vicissim hunc non medicabili articulo,
Ut moris est mihi, pedis pætere articulo.
Ac nunc quidem dirus labor eum tenet,
Plantamque terat at infamam stimulis suis.
At ille, ceu cæcus, aut palæstra, offenderit
Pedem, magistram decipit, miserum senem,
Sed biliosum, ægri movent capium pedem,
Progreditur infelix dolo ipsius huc foras.
Ocyppus. Sed unde acerbus vix in pedes dolor
Hic absque vulnere, me nec ire: flare nec sinens?
At nervorum, ut arcu, qui sagittas emovet,
Intendo: iniqua cogit, et vis proloqui,
Cedit dolentium ultimum jam tempore.
Nutritor. Atrolle te ipsum, fili, et alle va cadens
Ne forte, tu qui claudus es, me deicias.
Ocy. En teno te absque pondere, et tibi par
Ægro pedi infilis, doloreque opprimens,
Namque juniori turpe, pueros inter est,
Obmurmurans minivler, invalidus senex.
Nut. Næ, nequid horum stulto, ne mihi obice:
Fvere nilis ne me læcesse, illud scies
Quod juvenis est, quando est opus, quivois senex.
Ac crede dicenti: ultimum hoc si subtraham,
Stabo senex, at tu juvenis cades buni.
Ocy. Laboris expertus tu senex laboris cadis:
Siquidem parata in senex voluam in eo itidem vigent.
Sed res, et opus haud voluam in eo itidem vigent.
Nut. Sententias cur dicis, aut quoniam modo
Plantam occupavit hic tuus pedes labor?
Ocy. Ludendo cæsus, dum levoem pono pedem,
Currens retorsit, et me implicavit hic labor,
Nut. Denuo igitur curre, uti monebat, qui sedet,
Barbomque sub tonsore vellit bispidus.
Ocy. Dum luctor ergo, ceu volens parembolam
Facere bæc plagam tuli: mihi tu hoc credito.
Nut. Qualis fuisse miles, ut parembolam
Faciens, plagam ferret? mendacia,
Eadem ista diximus aliquando nos quoque
Fatendo veritatem amico nemini.
At nunc vides, ut cuncta, deest quidpiam.
Quas sanque facile, intorquet hic illuc labor
Medicus. At ubi, ubi, amici, reperiam inclytum Ocyppum.
Et pede labori autem, et vacillanti gradu?
Medicus ego accipi ex amico quopiam
Præmi dolore eum, flare propter quem nequit.
Sed ipse hic prop̄ jacet ante oculos meos,
Stratus supino per cubile corpore.
Salvete jumbo per Deos te, ac tuum, hic deest aliquid.
Quid istud Ocype dic mihi statim, hic etiam deest aliquid.
Si forte enim cognoro, tollam forsitan
Gravem dolorem, cum mali causa gravi.
Ocy. At me vides, d' Soter, et Soteriche,
Tuba ipse nomen gereus Soteriche,
Sævus dolor pedem mihi arrodit malè,
Gressumque timidè facio, et haud planum pede.
Med. Unde, aut quid accidit, expedi, aut quibus motis?
L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

Nam medicus audiens rem, ut est, dempto metu
Melius adit, non audiens errat fere.
Ocy. Dum exerceo cursu, et arte me gymnastica.
Me sauciavit quispiam coætaneus.
Med. Cur ergo non est tristis inflammatio
Inibi, nec ulla mitigans rigatio?
Ocy. Quoniam haud amo, ex lana ligata vincula,
Ut que afferant deformitatem mutilem.
Med. Quid ergo tibi videtur? incidam pedem,
Nam si hoc feres, scias licet, quam plurimum
Exhauriam tibi secando sanguinem.
Ocy. Fac quicquid invenire novum potes.
Vt me hoc pedum dolore liberes cito.
Med. Est fessioem acutam, et ariserream.
Cruoribulam, semicirpam infero tibi.
Ocy. Sine, sine.
Nut. Soter quid ais? tibi ne accidat Soteria.
Ashibere ferri satum laborem sustines.
Malamque, nil planè sciens, inferis pedi.
Deceptus etenim audisti opera, que audisti modò.
Nam neque palestra iste, neque cursu, ut dicitur,
Certando læsus est: id ergo ex me audias.
Principio enim sanus quidem venit domum,
Post autem edni multum, et bibens miser,
Solut super lectulum cadens, somnum capit.
Deinde excitatus nocte, clamat, demone ut
Percussus, omnes unde corripit metus.
Dicebat autem, unde hoc malum mihi? beu miser,
Fortassei demon potitur aliquis pede.
Nobis insuper solus quoque residens thoro,
Ceu præco lamentando prosequitur pedem.
At ubi diem jam gallus intonat tuba,
Accessit, et tristim mihi imposuit manam,
Plorans, febricitans, corpori inmitens med.
Tibi verò, que dixit priù, meritus est,
Sæva hæc volens morbi tegere mysteria.
Ocy. Verbis senex armatus omnis semper est.
Nil jactans non, ast opere præfians parum.
Nam qui dolet, falsamque amicis differit,
Similis odenti mastichen famelicus est.
Med. Deludis omnes tu, atiaque aliis implicas,
Dicens dolere te, est ubi dolens, tacens,
Ocy. Sed quomodo morbi tibi causam eloquar?
Nam dolens, verum quid dolo, tantum scio.
Med. Quando absque causa quispiam dolet pede,
Post hac mania verba fingit, ut labor,
Sciens grave illud, quo implicatus est malo,
Atque is etiamnam, hic deest aliquid.
Vbi verò et alteram pedem irradat dolor,
Hoc illud est, nolis, velis, hoc illud est.
Ocy. Quid illud autem? quodve nomen est ei?
Nut. Nomen quidem habet, et duplici factum malo.
Ocy. Hei mihi quidquid? dic obfero te, dic senex.
Nut. Ab eo loco principium habet, ubi nunc doles.
Ocy. Quantum ergo dicis à pede initium habet,
Nut. In sine sæva nomen huc. Agræ adice,
Ocy. Quo me ergo pacto miserum adduc?
Nut. Est sæva nempe, namque parcit nemini.
Ocy. Soter quid ais, quid me autem?
Med. Paulam finas me, negligor tui gratia.
Ocy. Quid hoc mali autem, aut quid tibi accidit grave?
Med. In grave malum incidisti, et insanabile.
Ocy. Nunquid me oportet claudicantem vivere?
Med. Tu claudus, ut sis, nihil id est, neve hoc time.
Ocy. Quid pejus autem?
Med. Facere utroque te impeditum pede manet.
Ocy. Hei mihi novus hic unde me irroast dolor.
In altero pede, huicque compatitur malè?
Quove penitus modo obrigit, ut ire hinc volo?
Formido verò dimovere pede nimis,
Stultus, quasi insanis derepentè exterritus,
Sed obsecro te per Deos Soteriche,
Tua siquid ars potest, mihi non invidens
Medicare: aliqui perreo: nam malum latet
Intus: pedesque seu sagittis transfodit.
Med. Equidem remota ambagine verborum procul,
Hac qua medici alii solent uti modo,
Ipsaque te nullam salutis ferre opem,

Am 3 Cum 3

Cuncta patienti breuiter exponam tibi. Principio inevitabile in malum miser Pland incidisti: non enim compaciendum. Ferraque scdam pede subisti compedem. Sed seram, & abditam omnibus proferas malam, Cujus hominum natura non tulerit onus. Ocy. Heu miser, ve, ve mihi. Unde hic mihi tunc idem terebrat dolor? Suscipere me manibus prorsquam concidam, Perinde uti Satyri sub ulnas Baccibicas. Nut. Equidem senex sum: ait ecce tibi pœneo tamen, Juuencemque te longævus ipse manu rego.

Pœna. Punitio.

CORRECTIO. SUPPLICIUM.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Genera Varia.

Pœna, Græcum vocabulum esse videtur. Illi enim πœνὴ dicitur, licet Varro à pendendo dictam velit. Est autem pœna, supplicium, quo quis ob delictum afficitur Hebr. bonefch, à verbo Hanafch, id est, multavit, punivit, condemnavit.

Pœna est noxæ vindicta secundum Ulp. Octo pœnarum genera Cicero esse commemorat, scilicet Damnium, Vincula, Verbera, Talionem, Ignominiam, Exilium, Servitum, Mortem.

Tres Reipub. cladium causæ, nimirum, nimia in peccatores lenitas; nimia otii, & voluptatum fruendarum, ac retinendarum pertinacia, & libido, nimia denique inanum oratorum licentia, & auctoritas, qui nos verbis potius demulcent, & audaces faciunt, quam factis, & re tutos præstant. Idem ex Tibul. l. 3.

Certe quidem viri nobiles vel impietatis, vel perduellionis rei, puniendi sunt etiam gravius, quam vulgus, & ignobilis, cum gravius peccent, ut cæteris auctores improbitatis, sed tamen id cum moderatione quadam facere convenit. Quod si in alterutram partem peccandum sit, modò ne sit extremum, præstat per nimiam clementiam, quam per crudelitatem peccare. Natal. Comes. l. 19.

Recte monet Horatius 1. Serm. 3. Adst Regula peccatis, quæ panas irroget æquas: Ne scutica dignum, horribili scictere flagello. Pœna, Punitiois commoda. Item De Pœna insigenda, & relaxanda.

* APOPHTEGMATA.

Socrates Civitates optimè gubernari dicebat, cum injusti dant pœnas. Plut. l. 2. de legib.

Solon percontatus, Quid magis Reipublicæ salutis prodest? Respondit: Si boni præmiis invitantur, mali autem pœnis coercentur. Cic. ad Brut. Stob. ferm. 41. Idem interrogatus, quam ratione nullum in urbe scelus perpetraretur? dixit: Si tam indignarentur illi, quibus non est facta injuria: quam quibus facta est. Sensit autem vir prudentissimus, tum demum salvam esse Reipublicam, cum qui boni viri sunt, malos pœnis coerceret, ne infantes afficiant contumelia. Stob. ferm. 41.

Pythagoras Civitatem optimam esse dixit, quæ postquam malos pœnis coerceret, viros tantum bonos admitteret. Stob. ferm. 41.

Theophrastus scilicet, quidnam vitam humanam conservaret? Respondit: Beneficentia, Honor, & pœna. Stob. ferm. 41.

Lycurgus dicere solitus est, duabus potissimum rebus contineri Reipublicam, præmio scilicet, & pœna. Quo dicto eam demum Reipublicam salvam esse putavit, in qua boni præmiis invitantur, flagitiosi verò pœnis afficiuntur. Cic. in Epist. ad Brut. & Eras. l. 1. Apophth.

Agæpolis Cleombroti F. cum quispiam ei dixisset ipsum cum æqualibus obsidem fuisse, filios verò, eorumque uxores minime: Merito, inquit, decet enim nos nostra peccata, nostræque pœnas ferre. Bruf. l. 5. c. 12. ex Plut.

Chius quidam ira contra servum incensus: Non inquit, in pistinum ego te detrudam, sed Olympiam ducam. Rectè autem ille putabat, multos durus esse supplicium, si Olympia in

conspectu à radiis solaribus coqueretur, quam si in molam, ac molendinum decideret. Elian. l. 14. de Var. hist.

M. Cato dicebat, se omnibus peccantibus ignoscere, præterquam sibi ipsi. Multum dissimilis illi Mævio, qui carpens alios sibi condonabat omnia. Sibignoscit, quem non penitentia admittit: de se pœnas sumit, qui cura pensat, quod incogitantia commissum est. Plut. in Apophth. & Eras. l. 5. Apophth. Idem solitus est dicere, injuriam, etiam si facienti nihil adferat periculi, univertis tamen periculofam esse. Quid aliud dicere voluit, quam pœnam delicti non negligendam esse, ne ex unius injuria multi porro contumeliis afficiantur ab improbis. Plut. in Rom. Apophth. Idem præterea dicebat, eos magistratus, qui maleficos pœnis non coercent, non tantum non ferendos, sed lapidibus obruendos esse, ne ex pœnz neglectu salus Reipublicæ labeficeret. Plut. in eod. loco. Alphonfus. Vide infr. Injustitiam contractum voluntarium pœna justa. 6. Eques quidam.

Manes Florentium cum meretricè deprehensus, cum pro more in perpetuum facti ignominiam (nam in Anglia, qui extra matrimonium mulieribus committuntur, in conspectu populi retentis tantum fœmoralibus, nudi Ecclesiam circumire cogebantur) exueret à sacerdotibus, fœmoralis tantum concessio, omni parte nudus esse voluit, verum cum interrogaretur, annon puderet coram virginibus, mulieribus, & omnique populo virilia ostentare? Minime, inquit, gentium, nam pendenda hæc, quæ peccaverunt, ea potissimum dare pœnas decet. Aeneas Sylv. lib. de dictis Alphonfus.

Cum Græci, quia apud hostes stipendium faciebant, venissent in potestatem Alexandri, Athenienses quidem justitiam in compediibus servare, quod cum ex publico stipendium haberent, tamen apud hostes meruerunt: similiter & Thefalos, quod regionem optimam nati, non tam colerent. Thebanos vero dimisit, dicens: His per nos nihil est reliquum, neque civitas, neque agri. Ita moderatus est pœnam, ut mortem commertis non indiceret, nisi vincula: & culpam eorum, qui necessitatem excusare poterant, in se transtulit. Plut. in Apophth.

Sylla, milites in bello sociali cum Albinum virum prætoris fustibus mactasset; tam atrox facinus impunitum reliquit, dicens, se illis posthac promissionis usum in præliis, dum peccatum, fortiter gerendo rem, studebant pensare. Plut. in Sylla.

Ipo die comitiorum quandam è sponforibus damnavit: ac pecuniam illi traditam alium transtulit. Ad populum admiratus M. Catonis justitiam, damnato pœnam remisit, dicens, satis dedisset pœnarum, quod à Catone damnatus esset: Erasim. Rot. lib. 5. Apophth.

Adverat Lætor, ea, quæ deinceps in præfenti loco afferuntur, ad alios Titulos, loco hæc reduci potuisse. Deputa ad illos, qui tractant de Rebus, quæ hic puniri memorantur: Sed cum primo hujus Operis Auctori visum fuerit, pœnas omnes velut in unum locum rejectas oculis obicere, ejus consilio acquievimus: quamvis nonnullam varietatis gratia, pleraque suis locis supplicia, & punitiois insinaverimus, facta interim ad locum præfentem remissione.

POENA. PUNITIO. CORRECTIO JUSTA. RESPECTU PERSONARUM, & ERGA QUAS

EXECUTUR, ERGA PHILOSOPHOS.

Ex Tit. Philopoforum adium, Contemptus, huc quædam.

RHETORES.

Confulite Tit. Rhetorices contemptus.

Lacones Ctesiphontem, qui posse ostenderat federe qualibet totum diem dicere, exegerunt: Bonum declamatorum dicentes, respondendum rebus habere orationem debere. Plut. in insititit Lacones.

POETAS. PROPTER OBSCURITATEM.

Si quis perplexum aliquem in Canticis adhiberet, δεικνολαμπυτος ἄδης, cuiusmodi sunt Phrynidis intricata ambages, multis verbis afficiatur, ut qui musas ambaret. Suidas.

IGNORANTIAM.

Aristo Poeta, quod Athenienium laudes inepto carmine profectus esset, fame ab iisdem fuit necatus.

Chærilus

CHÆRILUS Poeta propter ignorantiam ab Alexandro Magno inedia necatus dicitur. L. Sylla Poeta indocto interdixit, ne quid amplius scriberet. Cic. pro Archia.

INCONSIDERANTIAM.

PHRYNICHUS Poeta post Mileti oppidi expugnationem, Atheniensibus, hinc fumpo argumento, fabulam exhibuit. Cum flevisset populum mirum in modum facti recodatione, dies dicta est Phrynicho Poete. Huic Judices, quod infolent præteritis miserias, ac calamitates scenias fabulis annumerasset, luctumque publicum in animos audientium, memoriamque revocasset tum, cum etiam hilarioribus rebus potius occupandi essent: frustra scenæ libertatem, & antiquam licentiam proponenti, nihilque à se dolo malo factum, litem nihilominus mille drachmis æstimarunt, censuramque, ne ea unquam denuò populo daretur spectanda fabula. P. Erod. ex Herod. lib. 6. & ex Plut. in Polit. & An. Marcel. lib. 28.

MEDICOS.

Magnes hæreticus (qui divinam solum in Christo naturam ponebat) à Rege Perlarum cute direpta necatus est, quod ejus B. Inter morbo laborantem interfecisset, quem tamen sanatum se promiserat. Vide Tit. Hæreticorum.

AUSTIGLIDIS Regi Guntranno nupta, dyfentærie morbo, qui per univerfam Galliam populariter grassabatur, correpta, apud maritum conquesta est, quasi Medicorum negligentiam morbus invaluisset. Justu igitur Regis gravibus affecti supplicii Medici fuerunt. Quibus tamen Regina sua quoque morte parentavit. Aimon. l. 7. de gestis Francor. c. 33.

VATES. PROPTER IGNORANTIAM.

NABUCHODONOSOR Babyloniorum Rex omnes Ariolos, & Chaldaeos interfecit, quod quod somnium, quod ipsi exciderat, in memoriam ei revocare non possent. Daniel autem Judæus spado cum focus precibus ad Deum convertus, somnii revelationem obtinuit, & Regi enaravit. Qua re non se tantum, & socios, verum etiam omnes reliquos sapientes, & Chaldaeos à morte servavit. Dan. 2.

Apud Indos si quem prælagia ter frustrentur, silentii perpetua multa irrogatur. Cæli. lib. 18. c. 31. A. L.

IMPROBITATEM.

Vates quoscunque, qui vera prædicent, & tamen ad Deorum alienorum cultum hortentur, Dominum morte plecti Israelitis iussit. Deut. 13.

Masilenses, Vates sacrificulos, qui quæstus causa sacra circumferebant, suis oppidis exegere, ne religionis prætextu otium sectarentur, & luxum. Alex. l. 3. c. 13.

SPARTANI cum Delphos profecti essent, consulti oraculum, an esset Demaratus Aristonis filius, necne: Cleomenes subornavit Cobonem Aristophanti F. maxima apud Delphos auctoritate, ut persuaderet Perallam, mulierum vaticinantium Antistitem, dicere ea, quæ Cleomenes volebat dici. Ita Pythia sciscitantibus iis, quæ oraculum erant missi, negavit Aristonis filium esse Demaratum. Que tamen res sequenti tempore palam facta est, & Cobon è Delphis profugit, & Perialla honore abdicata est. Herod. l. 6.

Bello Samnitico cum jam consurturæ essent utrimque acies, ad L. Papyrium Curforem Consulē defertur, ortam esse inter pullarios de auspiciis contentionem: Ipsi, inquit, luant, si quid fraudis inest: mihi solitissimum tripodum nunciatum est.

Hæc ille, atque una mandavit pullarios in prima acie constitui. Mirum hic accidisse ajunt, ut priusquam pugna orta sit, pullarios ante aciem flans toto faucibus coinciderit. Id ubi Consul renunciatum est: Dii, inquit, in prælio sunt: luit mendacii pœnam noxium caput. Cui hæc dicitur corvus, vel malus dæmon potius, superne occidit. Quo latus augurio Consul, signa canere, clamoremque tolli iussit. Collatis signis non fine multo labore, & sanguine, cum scilicet P. Decius Collega devovisset, victor evasit. Sabell. lib. 7. Ennead. 4. ex Livio. 10. Dec. 1. & Valer. Max. l. 7.

ROMANI, Lucio Posthumio Consule, Alcium, & Philicum Epicureos extra civitatem eiecerunt, propter voluptates, quæ introducebant. Eodem pacto Mestemium etiam sufragiis decreverunt, ut Epicurei extra civitatem eiecerentur. Athen. l. 12. c. 24.

Cum statua Horatii Coelitis, Romæ in Comitio posita, fulmine de celo tacta esse, & ob id piaculis luendum Aruspices ex Hetruria acciti essent: hostili in populum Rom. animo intrinsecum eam rem contrariis regionibus procurare: suatintque illam statuum in inferiorem locum perperam transf. B. L. Theat. vit. Human. Tom. VI.

poni, quem Sol oppositus circumundique aliarum adium nunquam illustraret. Quod cum ita fieri persuasisset, delati ad E populum, proditi que sunt: cuiusque de perfidia confessi essent, omnes sunt interfecti. Cell. l. 4. 5.

VALENS Imper. Arianus, cum ex magicis vanitatibus intellexisset, post se regnaturum, ejus nomen à litera Θ inchoaret: multis, quorum nomina ab hæc litera incipiunt, interfectis, iussit tandem divinationis hujus auctores inquiri, de illis pœnam sumpturus. Jamblichus metu mortis veneno seipsum necavit. Zonaras.

MENDACIUM.

Veteres Scythæ astronomos, sagofque, qui falsa apud eos prædixissent, accenso carro impositos occidebant. Herodot. l. 4.

AMASIS Rex Egypti oracula mendacia nullo honore affecit. Herodot. l. 2.

MAGISTRATUS.

Vide Tit. Perfidia erga Magistratus pœna.

Cn. Corn. Scipio, Hæpali filius, priusquam mereri posset, cum ei Hispania provincia sorte obvenisset, ne illuc iret, decrevit: adjecta causa, quod rectè facere nesciret. Itaque à Rom. propter vitæ inhonestum actum, sine ullo provinciali ministerio, tamen repetundarum lege damnatus est. Val. Max. l. 6. c. 3.

PEROZE Rege Perlarum à Nephthalitis castro, Cabade minori ejus filio regnum tradiderunt Persæ. Quod cum ille fugisset, legem publicam impudentissime ferre ausus est, ut communes omnibus uxores essent, Quam quidem ob causam à Persis regno exutus, in carcerem conjectus, & electus alter Perozis filius Blasus. Cedrenus.

JOANNES Basilides Magnus Moschoviz Dux, in eo unico forte laudandus est, quod Magistratū purè creavit. Eos enim adscribere solebat, non qui centu valeret, non qui plurima emissent, non qui improbilissime ambiret, non qui cogitatione conjunctiores, sed diu ad functionem mandati muneris essent aptissimi, in hos quoque severissimam statuebat animadvertionem, erga eos, si convicti fuissent, supplicii genere diversissimo usus. Quosdam enim præfectos, qui aut civis verastant, aut expulsi essent negotiantes virgines lacerare solebat, nonnullos baculis cædebat, alios ferica veste splendidissime indutos per civitatis regiones huc, atque illuc circumducebat, nullis quidem equis, sed carnicum turba curam trahente, qui scuticrum strepitus, & fragore auras verberabant. Postea cum ad aulam reducerentur, an verberibus multati essent, interrogare solebat, illis metu confirmatis, & mustantibus. Nunc, inquit, vestrarum pœnarum nuncios audivisti: cavete autem ne ipsum legum mearum rigorem experiamini, quod tunc fiet, cum deo actio malè gesti muneris contra vos fuerit instituta. Nonnullis etiam quibus privatim pœnam irrogare cogitabat, serrata pelli urine infusus in forum publicum protraherebat, utita eam laniatu rotati, miserabile cæteris spectaculum præberent, &c. Paul. Osterboornius in ejus vita.

DUCE S.

ROMANI Duces, qui temeritate, vel inscitia exercitus amiserunt, aut fugæ, aut pavoris insimulati essent, pecunia & exilio sæpè multati sunt. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 6.

CARTHAGINENSES, Duces suos pravo consilio cum hostibus, pugnantes, etiam si prospera fortuna esset, cruci tamen affigebant: quod bene gessissent, Deorum immortalium beneficiis adscribebat: quod malè, ipsorum culpæ. Val. Max. lib. 2. c. 2. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 7. Gen. dior.

LEGATOS.

Apud Græcos ei, qui oraculum Delphicum adierat, & oracula obignata accipiebat, denunciatum erat supplicium, si tabellas solvisset, unum de tribus: aut enim oportebat eum privati oculis, aut manu, aut lingua. Suidas.

ARCHEPTOLEMUS, & Antiphon Oratores Legati Lacedæmonem missi, proditiomis, & perfidie domum reversi convicti, undecim viris dediti fuerunt, pecunia eorum in publicum redacta, Minervæ decima pars sacrata, tecta eorum dissipata, areæ terminatæ, cique inscriptum, Archeptolemi, & Antiphontis perduellionum, cautumque, ne liceret eos Athenis humare, neque in finibus, qui juris sint Atheniensis: infames sint Archeptolemus, & Antiphon, eorumque progenies tam noxia, quam justa: si quis quem ex Archeptolemi, & Antiphontis familia adoptaverit, infamis sit, qui adoptaverit. Hæc in pila area incisa fuere. Plut. in vit. Antiphontis.

METRODORUS Scepsis Mithridati Regi (qui à Lucullo, & Pompejo Magno devictus est) adeo carus, & familiaris fuit, ut regis parentem cum appellarent. Hunc Mithridates ad Tigranem Regem Armeniæ delegaverat, in bello, quod adversus

Aa 4 Romanos

Romanos suscipiebatur: cum eo fedus, ac societatem ineundi causa. Tigrani periculosum videbatur, tam potentes hostes praelio lacessere: immo verò tutius, atque utilius esse, his amicis, quam inimicis uti, frui: & ea dere consulcbat ipsum Metrodorum. At ille respondit, se, ut legatum, suadere: ut Metrodorum, dissuadere. Hujus rei nomine longo post tempore delatus ab ipso Tigraue Rege, capite pœnas luit: quanquam id fecisse se diceret, non odio Mithridatis, sed quod Tigranis auxilio desituro bellum illud omittet, quod, vel junctis sociisque grave, periculosum, ac postremo exitiosum futurum esse prœvidebat. *Plur. in Lucul.*

Anno 1223, cum res toties male gesta cum Scoto, jam Edwardo II. Anglorum Regi documento essent, ut fortunam belli timeret, ac pacem demum quæreret: negotium dedit Andree Carliolensi Comiti, ut cum Scoto de concordia ageret. Is in Scotiam profectus, cum Roberto Rege nihil de pace, fed de bello egit: nam sive, quod desperaret de rebus Edwardi, cui tam domi, quam foris omnia infesta erant, idque mali in primis ejus incuria assignabatur, sive quod suapte natura, præ fraudibus, & dolis, nulla re alia delectaretur, cum Scoto pacificus, quando, quove loco infidias Edwardo intenderent, & ut fides data, ac accepta firmior esset, Roberti forem in matrimonium accepit. Post paulum de ea perfidia Rex certior factus est. Adeo difficile est, proditorem clare, quæ mille gradibus pedibus, & quocunque pergat, mille post se vestigia relinquit, quibus facile deprehendi possit. Ubi igitur Andreas Carliolum revertit à militibus regis, qui illie hybernata, ipsius Regis jussu captus, atque facinoris statim convictus, morte multatus est. *Polyd. l. 18.*

Convenerant Electores Principes Francofurti, ut Regem Rom. eligerent Frederico Pulchro Austria, & Ludovico Bavariae competitoribus. Taldemarus Marchio Brandeburgensis cum prærens esse non posset, misit Nicolaum de Book Equitem, cum multis literis diplomate munitis, ac corroboratis, Fredericum Regem suo sustititio constituit. Eques is, quod nihil se speraret à Friderico consequatur, simul etiam quod plurimum animos in Ludovicum cerneret inclinare, abrafa membrana, expunctoque nomine Friderici, Ludovicum substituit, contra Domini sui voluntatem. Ob quod scelus Valdemarus Marchio, postquam intellexit electionem in aliam partem inclinasse proditorem legati sui, Equitem in vinculis inedia confecit. Quotidie enim delicatissimos cibos ei apponi curabat, & statim appositus à custodibus devorari, ut ciborum præsentia fames magis acqueret. Alii scribunt binas literas militem à Marchione pari sigillo munitas accepisse: quarum altera raris erant, ut illis uteretur pro occasione. Is vero fracta fide, cum Ludovicum delegisset per literas contra Domini voluntatem, animumque Domini prodidisset, has tandem proditiois pœnas luit. *Cusp. A. D.*

MILITES.

SCYTHIS, qui nullum hostem interfecisset in acie, in foemibus libare non poterat: reliqui in iunctis adesse non vetantur. *Herodot. l. 4.*

Apud Ægyptios, qui milites ordines reliquissent, aut dicto non parent, vel injussi in castra redissent, de gradu dejecti, ad inferiorem redibant statum. Si vero ducis consilium hostibus palam fecissent, lingua multabantur. *Ibid.*

Romani manipulos, aut cohortes, quæ timore, vel negligentia ordines reliquissent, aut in exercitu seditiosæ fuissent, sorte ex eis delecto decimo quoque, capitali pœna multabant. Sic omnium timore, quibus illud imminere supplicium, & paucorum morte militare disciplinam servabant. *Fulg. lib. 2. c. 1. & Alex. ab Alex. lib. 2. c. 13.*

Apud Eodæm illa inter militares animadvertiones minima habebatur, cum ex ignavorum brachio sanguis hauriebatur. Nam per hunc modum sparfo sanguine, quem pugnando effundere munerant, manifeste fieri eorum ignavia putabatur. Videtur autem primitus in militibus stupentis animi phlebotomia remedii loco adhibita, mox etiam in pœna speciem degenerasse, quasi minus sani viderentur omnes, qui delinquerent, *Gel. lib. 10. c. 8.* Ibidem ignavos, & delatores in primam sæpe ducebant aciem, & districtis gladiis distinctos delectabant, variisque ignominias afficere solebant. Eos, qui pugnam detrectassent, aut secessionem fecissent, qui erant fugæ, & pavoris insimulati, jurejurando adigebant, ut non aliter, quam stantes ad perpetuam ignominiam facti, cibum, potumque caperent. Sæpe etiam ignavos sustuario plexerunt, aut in exilium miserunt, & relegarunt, ut procul à lare senescerent. Sæpe etiam eos circumventos transfixere. Qui captivi in hostium potestatem sua desidia venissent, his arma,

& ordo militandi mutatus fuit, ut equites in peditem, pedites in funditorum alas transcriberent: utque locum extra castra assignatum, vallo, & fossa non communirent. *Alex. ab Alex. l. 2. c. 13.*

AUGUSTUS ignavos milites fossam fodere distinctos jussit, ut eo habitu, & specie deforme in omnium conspectu præ se ferrent insignem ignominia, & flagitii memoriam. Pecunia sæpe multabatur, interdum etiam eos, qui in exercitu deliquissent, jussit ante ducem flexis genibus stare: nonnunquam lateres totum diem ferre. *Polyan. l. 8.*

SCIDITIVUS Nobilis, intercessionem Legati Gallici è captivitate Turcica dimissus, in suo itinero astitit, & vidisse in castris Turcicis, quod si quis ovum, aut cascum rapuisset, confestim delatus, morti addebat. Omnia namque præsentia pecunia, ut emerent, gravi edito cautum erat. Sed & corcyæ erant consilium, qui observarent, si quis vineam alterius laderet, aut pomum ab arbore sine licentia Domini deciperet. In hujusmodi enim capitali mox animadvertatur supplicio. Neutiquam enim ferunt, ut iuricolis aliquod dampnum inferatur, ut agrum deserendi, & ab agricultura discedendi occasionem habeant. Præclarum hujus rei exemplum refert Simon Vignofius Ligur, classis Genueusis Gubernator. Cum Chios, inquit, à Turcis caperetur, interdicitum esse milibus, ne quis oppidamorum bona diriperet. Bassæ illius expeditionis præfecti filius, adolescens, auctoritas, & affectui paterno confidens, in vineam quandam vicinam descendit, & uvas aliquot collectas secum in castra intulit. Rex ad partem delata, jussu illius filium comprehendit, exutus vestimentis, visis ad collum suspensus per urbem palam circumducitur, virgicque atrocissime caditur.

CONSULTORES.

MOSENI populi, qui quis male consuluisse aliquando videatur, fame necant, ut male dati consilii ea ratione pœnas luat. *Stob. ferm. 42. ex Nicolao de Moribus gentium Hist.*

INTERPRETES.

Cum legatos Xerxes ad Græciæ civitates misisset, eas ad imperata faciendam hortantes, contigit, ut unâ cum eis esset Græcus interpret. Themistocles ergo, qui eo tempore Athenis prætorum gererat, interini cum curavit: indignam rem arbitratus, quod ad Barbarorum arbitrium in Græciæ detrimentum Græca uteretur lingua. *Plur. in Themist.*

ARON cum Occidentalium gentium legationes exponeret, & Manuclis Comm. Imp. voluntati eas non refragari videret: legatos oburgavit, ut nimum ad iusta exequenda paratos: monuitque, ut ad verarentur, neque tam facile assentirentur. Imperatore ob Latini sermonis imperitiam, quid dictum esset, ignorante. Ceterum Imperatrix Maria, Raymundi Antiocheni F. sermonis Latini peritissima, Imperatori exposuit omnia: qui ira commotus, Aaroni & visum, & omnes facultates eripuit. *Nicetas lib. 4.* Reperitur hæc Historia fufus infra, ubi de Pœna proditiois erga magistratum commissæ.

PARENTES. LIBEROS.

Ex Tit. Suppliciorum Injustitiæ erga Parentes, Liberos, hæc quedam.

Cum Eupolus Theffalus, athleta, Olymp. 98. ex iis, qui ad pugilum certamen Olympiæ convenerant, Agetorem præcedem, & Cyzicenum Prytanem pecunia corrupisset, & præter eos Phormionem etiam Halicarnassensem, qui in Olympiade superiore de pugilatu victoriam adeptus fuerat: cum ipsum Eupolum, tum eos, qui pecuniam cepissent, quod primi ea corruptela ludorum religionem polluerent, Elei in ararios tulerunt, & ænea Jovis simulachra sex constarunt, quæ Zetes dicuntur. *Pausan.*

ATHLETAS.

Post Eupolum memoria proditum est, Atheniensium Callippum ab adversariis quinquertii coronam pretio avertisse, Olympiade cxii. Et multam quidem eum à Callippo, & iis, qui cum eo coluferant, petissent Elei, miserunt Athenienses Hyperidem eam multam deprecantem. Verum cum exorari non potuissent Elei, hæc Athenienses animi elationem præ se tulerunt, ut ne Olympicorum quidem celebritate prohibiti, indicatum solvere prius voluerint, quam Delphicus Apollo percontantibus responsum dedisset, non responsum se ante, quam satis Eleis fecissent. De ejus multæ pecunia signa Jovi crecta sunt. *Idem.*

CAUSIDICOS.

CAUSTIDICUS quidam Mediolanensis ira vasto erat ingenio, ut causas in quantumcunque vellet tempus differre posset. Galeacius Dux te cognita hominem acerbit, centum aureos pistori debere

debere afferens, sed dilationem solutionis gratam sibi fore. Pollicente caudico operam, eamque reipia confirmante, graviter prius increpuit impostorem, suspensio necari jussit. *Agid. Corroreus de Dilis, & fadis memor.*

MENSARIOS, TRAPEZITAS.

M. Porcius Cato, prætor in Sardinia, feneratorum omnes ex ea insula exegit, & sumptus, qui in pretorem cultum fieri solebant, a sociis circumcidit. Ipse adeo frugi circumspectaque moderatione egit, ut uno duntaxat comite, qui salinum ad usum sacrorum ferret, socias urbes circumiret. *Sab. l. 6. Enn. 5.*

GALBA, qui postea imperavit, cum in Hispania proconsuleflet, quibusdam mensariis prædici manus jussit, & mensariorum affigi, quia fraudulenter pecuniam tractare competitorum.

CASTRUTIUS Castracenus Lucenfium Dominus, cum sciret mensarium prævidem solum vertisse, nec multo post, parva pecunia cum creditoribus pacta, mensam repetuisse, atque magnificas ades adificare cepisse, in vincula conjecit: atque vocatis edito creditoribus, in publicum redemit: quod ultra mensario superfluum, in publicum redemit. Appellato autem mensario juxta mensam, in qua adversus eos, qui eius fidem fecuti erant: frus commissa erat, certis vicis fregit. Neque enim minus supplicio dignum esse arbitratum est, quam illos, qui in viatores grassantur. Siquidem fallaces mensarii fraude eos circumveniunt, qui eorum fide ducti, pecuniam suam mentis crediderunt: at grassatores non sine vita suæ discrimine, despoliare eos nituntur, qui nullam eis fidem habent. *Fulg. l. 6. c. 3.*

Anno Salut. MCCCXLVII. mensis Decembris trapezite Longobardi, & Itali, pulsi, ac proscripti ex Francia ob immanes ulturas præter leges exercitas. Rex Philippus Valefius sortem accepit, intercurfio relicto. *Autor Chronici Francorum.*

PAULUS IV. Pp. ad Judæorum avaritiam coerendâ salubria multa instituit, abrogatis semel cunctis privilegiis, quibus à superioribus Pontificibus, & maxime à Paulo III. donati, immanes, & intolerabiles divitias per fas, & nefas congregarant. Ipse igitur Judæorum insolentia obviam iturus, usuram omnibus interdixit, inditiquis novis tribuit, singulos ferè pecuniis omnibus multavit. Spartos deinde, & nullis à Christianis distinctos signis, in septa conclusos per singulas urbes in unum coegit, croceique coloris pileo insignivit. *Panvinus.*

BRUTA.

Apud Rom. anno supplicio canes afficiebantur inter ædem Jovenuis, & Sumani, vivi in furca sambucea arbore fixi, quod Gallis Capitolium obfiditibus, ignavia sua, & stertore Gallos ascendentes non prodidissent. *Plin. l. 29. c. 4.*

INANIMATA. TUM IN GENERE.

Exi prætoribus, Prytanum prætorium, cum telum, sive lapis, sive quid ejusmodi in conspectu erat, ignoto auctore cadis. Moris enim antiqui Atheniensium fuit, etiam res inanimas in judicium adducere, & judicare, an exterminandæ essent. *Suidas.*

IN SPECIE. Erga Statuas.

CORCYÆI bovem eneum in Olympia dedicarant. Puer parvulus sub eo sedens, cum pronus luderet, subulatum temere caput tam vehementer ari impiegit, ut ex vulnere obiit. Elei bovem cadis damnatum extra Alim exportare in animo habebant. Verum consulto Apolline Delphico, bovem inconsultæ cadis crimine expiarunt, more Græco. *Pausan. l. 5. Libros.*

Libri Protogoræ sophiste, eò quod in cuiusdam principio posuisset, de e neque ut fieri, neque ut non sint, habeo dicere ab Atheniensibus exusti fuerunt: auctor urbe, atque agro exterminatus. *Cel. l. 22. c. 1. A. Lex. Cic. de Nat. deor.*

Romani libros Numæ Græcos, de disciplina sapientie, quia aliqua ex parte ad solvendam religionem pertinere existimabantur, ex auctoritate Senatus per vicinarios, facto igne, in conspectu populi cremarunt. *Val. l. 1. c. 1. & Plur. in Numæ.*

AUGUSTUS Imp. & Pont. Max. quidquid fatidicorum librorum Græci, Latiniq. generis, nullis vel parum idoneis auctoribus vulgo ferebatur, supra duo milia contracta undique, combussit: ac solos retinuit Sibyllinos: hos quoque delectu habito. *Suetonius.*

SEPULCHRA. Cadavera.

Vide Locum de Cadavere, & Sepultura. IMPROBITATIS IN GENERE.

POENA JUSTA. Ad justam pœnam concurrunt persona due. Agens, & Patiens justæ. Considerantur, similiter res due, Injuria scilicet, sive debere

Malum ipsum, à patiente admissum, & multa ab agente iniecta, per quam reducit ad æqualitatem. Ceterum quia malum admissum, subjectum est correctionis: ea propter ex ejus varietate iustis Correctionis justitiæ distinguuntur, qualisunque fuerit multa sive pœna. Hæc enim respectu iræ tanquam organum, ad locum Severitatis in vindicando propriè pertinet, eademque exempla justitiæ inferre possunt: respectu vero æqualitatis, ad quam per multam tanquam mensuram quandam fit reditio, justitiæ propria est: quandoquidem Æqualitas seu scopus est propositus, qui justitiæ dat nomen, & esse. Jam verò si qualitatem personarum respicias, supplicia alia publica dici possunt, quæ à magistratu sunt: alia privata, quæ à privatistis: utraque tamen ab homine justam molientem vindictam. At quæ à Deo fiunt, vel certè ab homine justitiam in corrigendo delicti non collineante, non observante, hujus non sumi loci, sed ad locum potius Fortuitorum malorum pertinet. Justa patitur à Clytemestræ interfectus Agamemnon, Trojana urbis everfor: at non justè, ab uxore scilicet, non justitiæ, sed adulterii studio. Necat Orestes matrem Clytemestræ ob necatum Agamemnonem, quam pius erga patrem, tam impius erga matrem. Ea propter & Agamemnonis, & Clytemestræ supplicium non inter justa supplicia connumerari debet, propterea quod personarum agentium conditio repugnat: sed inter Frustris improbitatis. Ipsi verò Clytemestræ perfidia, ipsum Orestis parricidium, ad injustitiæ locum pertinet. Porro si supplicium, sive Pœna justæ per accidens consideretur, sines quosdam particulares habeat, eis quibus distinguetur. Ut enim confert ei, qui castigatur ad vitæ correctionem, & auctoritatem hoc ultionis genere conservare volenti, Quispiam. Ut alii, qui sceleratorum pœna ab improbitate deterrentur, & avaritiam, & Latini Exemplum: id quod ex Platoni Gorgia Cellius lib. 6. c. 14. annotavit.

Si qui apud Athenienses in iis rebus, de quibus nulla extant leges, deliquerit, aut magistratus, aut orator, apud senatum *ἀσέβεια* adversus eum conceditur: qui vehementer peccasse videatur, senatu ipso multatur: si vehementius, æstimata multa, quam ei solvere, aut patri oportet, tradit eum iudicibus, inquit Pollux. Scribit enim Harpocratius *ἀσέβειαν* publicorum fuisse delictorum, quia propter magnitudinem, procrastinationem non patenterent, & de quibus neque magistratus, neque leges magistratibus late effent, quibus adduci in iudicium possent, sed ad senatum, aut populum primum deferrentur: apud quos si reus convictus esset, gravissima pœna multaretur: accusator verò, etiam si non damneret, nullo detrimento afficeretur, nisi, si quintam partem suffragiorum non ferret, multa mille drachmarum, cum antiquitus pœna acerbior afficeretur. Has vero delationes senatum recepisse in summis tantum ætatis augmentis constitutum, scribit in oratione contra Nicomachum Lyfias. *Sig. l. 2. de Rep. Ath.*

TEMERITATIS POENA JUSTA.

Consule Titulum, Severitatis parentum erga liberos, item, Ducum erga milites, quatenus Temeritas bellica puniatur.

Apud Rom. ignominia causa militibus audacioribus, qui nec animi, nec consilii satis haberent, vena solvebatur. Quæ non tam pœna quam medicina fuit, ut superflua sanguinis parte defluxe, se magis intra gyrum rationis continerent. *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 13.*

Servilius Cæpio consul cum Cn. Manlio, cum contra Cimbros, in Italiam ruentes, temerariè pugnavit, de exercitu xxxc. hominum amisisset: ex jussu populi Romani, bona ejus publicata, cique imperium primo post Tarquinium abrogatum, ipse in publicis vinculis extinctus, inde tractus, & disceptus est ad scælas Gemonias. *Livius lib. 67.*

Dum Neocæsaream obfideret Joann. Comnenus Imp. Alexii F. Junior ejus F. Manuel, patre inficno longè progressus, impressionem in hostes fecit, quæ adolescens facinus ferè totum exercitum ad dimicandum impulit, aliis amulatione incitatis, aliis adolescenti metuentibus, & ab Imperatore fe maximam gratiam inturos ratis, si sua opera ab omni hostium insultu defenderetur. Ac tum pater filium palam laudibus profecutus est, mox tabernaculum ingressus, pronum jacentem verberavit, ut audacius quam fortis in iustis iusto iusto hostes adortum. *Nicetas Chroniatus de imperio Joann. Comneni.*

TIMIDITATIS POENA JUSTA.

DUCUM. ALEXANDER Macedo quandam castelli custodia prepositum, ob desertam stationem, necè multavit: & alterum deificentem sagittis confixit. *Curtius.*